Decedere dicitur sine liberis, qui decedit cum filio de ordine mendicantium: ut concludit Bald. in l. cum acutissimi. in ult. colum. uersi. item nunquid frater minor. C. de fideic. Et sequitur Soc. consi. xcij. inci. circa primum. in iij. col. uer. præterea respondeo. in j. uol. ✠

✠ Decedens filia superstite absque liberis decessisse, non

nõ dicitur.l.Non est sine liberis,cui uel unus filius, unave filia est.l.cognoscere.§.liberorum.ff.de uerbo.signi.Ma.Soc.co.cxiiij.nu.2.& 3.uol. j. Aem. Mar.Man.

✠ Decedere absq; hæredibus dicitur qui sine liberis decessit etiam si extraneos hæredes instituerit.l. Ex facto.§.fi.ff.ad S.C.Treb.Maria.Soc.co.lxxiij. nu.10.uolum.j.Ae.Mar.Ma.

✠ Decedere in feudis sine hærede dicitur qui sine liberis decessit.Dec.co.ccviij.Maria.Soc. co. lxxiij. nu.25.uol.j.Ae.Mar.Man.

Decedentis materiam supple.j̃.uer.Mors.

Decem duplicata,glo.in l.si fideiussor.de solut. And.Barba. in consil.quod est con. ultimum in quarta parte consi.Alexan. quòd non faciunt uiginti.

Deceptiones mutuæ inter emptorem,& uenditorem mutua compensatiõe tolluntur.l.si duorum.& ibi Bar. ff.de actio. empt. ubi uide.infra.uer.Dolus.el.j.uer.ij.& j̃. uer.decipi per totum,ubi supple.

Cautela in probando ualorem , quando quis dicit se deceptum ultra dimidiam iusti prætii , ponit Bart. in l.j.§.si hæres.in ij.no. ff. ad Treb. & uide Tho. Ferra.caute.iiij. ubi tradit aliam cautelam , quòd deceptus,etiam citra dimidiã iusti pretii,possit petere uel rescissionem contractus, uel supplementũ iusti prætii. & per Petr. Gerar. singu.xxij.inci.rogo ut nunquam obliuioni tradas. ✠

† Adde quòd deceptio est corruptio scientiæ secundum bea.Tho.j.ij.quæst.liiij. art. j. & dicit Græce ἀπάτη.

† Deceptionem, & fraudem omnia, quæ communiter insolita sunt fieri,arguit do.Barth.Soci.in con. cclxiij.inci.copie.uer.ultimo addo circa prin. in ij. parte.]

† Deceptio in prætio consideratur semper secundum tempus contractus,non autem ante,uel postea Ange.in con.cccxj.

Decernimus est uerbum noui iuris inductiuum.Car.in cle.j.de causa pos. & proprie.c.decernimus. de iudi. & Car. in cle. ij. & ibi gl.de præbend.& in cle.j.j.q.de reb. eccle. non ali.& gl.& Car.in cle.eos.de regu.

† Et per Fel.in d.c.decernimus.in fi.]

† De cætero uerbum concernit futura.gl.est in proœmio Cle.in uerbo,decætero.in c.licet canon.in uerbo,de cætero.de elect.eo.lib.& per Gemi.in ca.ij. de do.& contu.lib.vj.& in c.si apostolica.de præb. eo.lib.uide gl.in c.unico.de postu.præla.eo. lib.& facit bonus tex.coniunctus ibi no.in c.preterea.ne præla.vi.su.& ibi do.Abb.in ij.nota. & Abb. in c. super specula.ne cle.uel mo.& in ca. tuas. de spon. duo.

Decimæ sunt personales , prædiales , & mistæ. Personales dicuntur quæ debentur ex artificio personarum.prædiales dicuntur, quæ debentur ex prædiis.Mixtæ uero sunt,quæ debentur ex animalibus, quæ sunt inter personales , & prædiales.per gl.or.in cap.ad apostolice.de deci.& ibi doc.& per Car.in cle.xv.q.eo.tit.

† Adde quòd decima est portio una ex decem:& dicitur Græce δεκάτη.

† Decimæ ex quibus,& a quibus solui debent, an,& quando religiosi non teneantur soluere decimas, quia sunt ex priuilegio exempti : & si locant colonis,siue partiariis, siue pensionariis ad decimam tenentur pro eorum parte:uide do.Bartho. Socin.in con.cclxviij.incip.eleganter, & subtiliter. per totum.in ij.parte.]

† Decimæ an sint de iure diuino, an positiuo, uide in additio.j.ad Feli.in c.causam.de præscrip.ubi concludit ipsas esse de iure diuino , contra Theologos.

✠ Decimas de iure diuino esse tradit M. Antonius Natta.Iurisconsultus Clarissimus. co. cxxxvj. nu. 6.uol.j.& est tex.in c.parochianos. in c. tua & inf. in c.tua nobis.in c.cum non sit in homine. in ca.in aliquibus de decimi.in c.his ita.xiij.q.j.c. decimæ. c.in sacris.xvj.q.j.c.omnes decimæ.ea.cau.q. viij. Ae.Mar.Ma.

† Decimandi ius,quod debetur Deo,& eius ecclesijs in signũ utilis dominii:ut in c.tua.de deci. est quid spirituale:ut in c.literas.de iura.cal.& in c.causam. de præscri.& in c. fi.de re. permu. Secus si decima debeatur alio iure , uel assignatur de meris fructibus:ut in c.uestra.de loca.& in c.ut super de re. ec. non alie.& gl.& in d.c.fin. Nam in tali casu cum sit quæstio facti,& non iuris, potest secularis cognoscere:arg.eorum,quæ no.in c. tuam. de ord. cogni. & Bar.in l.Titia.ff.sol.ma.& in l.quoties. C. de iu. & in l. omni nouatione. C. de sac.san.eccle. & in l. ij.ff.de iur.om.iu.& in c.de prudentia.de dote post diuor.resti.& in c.cum sit generale.de fo.comp. & in cle.dispendiosam.de iud.& in c.ad nostram.el.ij. de iureiu.& in c.post miserabilem.de usuris.cum simi.

Decimæ diuidi possunt per territoria,sicut iurisdictio quia iurisdictioni æquiparãtur.Bald. in c.præterea ducatus.ij.col.in prin. de prohi. feu. ali. per Fede. in usi.feu.

Decima debetur ecclesiæ parochiali.ca. cum contingat.& c.apostolice.de deci.c. ex transmissa.de præscri.non ecclesiæ baptismali: ut ibi no. & Card. in cle.j.viij.q.eo.tit.& infra.Nec capellis,nisi de iure speciali,uel consuetudine. Io. And. in addi.Specu. de deci.& Ab.in c.ad audientiam j.de ecc.edi. ubi dicit deberi ecclesiæ , nisi capella habeat parochiã certam.

Decimæ præsumuntur esse illius ecclesiæ, in cuius parochia sunt,nisi probetur esse de parochia alterius. c.ij.de rest. spo.in vj.c.j.de præscri.eo.lib.c. pastoralis.de his,quæ fi.a præla.& Abb.in ca.ad audientiam.de ecc.edifi.

Decimæ debent præstari in dubio ecclesiæ matrici, id est ecclesiæ baptismali: ut plene per Io. And. in ad.Spe.de deci.in addi.magna.& hoc anno iudicaui in ciuitate Cesenę.

Decimæ

Decimæ sunt in bonis ecclesiæ.c.causa.de uer. sign.& in Spe.de deci.post princ.

Decimæ ad capellas an pertineant, & quando. doct. in c.ex transmissa.de præscr.& s.uer.Capella.uer. ij.vj. & xiij.

Decimarum appellatione ueniunt extraordinariæ, non ordinariæ, quando uenditor dicit fundum liberum ab omnibus decimis.Bal. sing in l. fistulas. §.frumenta.ff.de contrah.emp.& Barth.Cep.in si. uer.cvj.

Decima de fructibus hortorum,an solui debeat,not. in c.ex parte.el.j.de deci.& Barth.Cep. in trac.de serui.tit.de horto.

10 Decimarum quarta pars debetur episcopo de iure communi.c.de quarta, de præsc.& potest præscribi:ut ibi,& j.Quarta episcopalis.uer.xxx.

Decimarum præstatio non præscribitur.Bar. in l.cōperit.C.de præscri.trig.ann. † Vide Felin.remissiue in c.causam.de præscr.

Decima debetur de iure diuino.Numeri.cxxiij. de decimis.c.j.Car.in cle.j.e.tit.etiam papalis:ut ibi.

† Decima papalis habet nouam naturam ab alijs: ut ibi.& supra,proximè.

† Adde hic quòd decima papalis potius accedit collectę, quam tributo: & ideo debet solui potius in diocesi ecclesiæ, quam in diocesi rerum. ut refert Bal.in l.neminem.C.de sac.san.eccl.

Decimæ debitæ sunt ecclesiæ. de decimis. tua nos.& c.parochiano.cle.ij.§.cupientes.de pęnis.

† Decimas soluere an tenear sacerdoti meo,quē scio esse simoniacum.Pe.de Anch.in c.tua nobis.in ult. col.uer.quarto quæro.de deci.

Decimarum præstatio fieri debet etiam coactione p censuras ecclesiasticas.no.Car.in cle.ij.ij.col.de iudi. Quod uerum in decimis de iure diuino debitis, non de papalibus,ut ibi q. xiij. Item uerum tā pro præteritis, quam pro futuris decimis præstandis potest committi monitio,& excommunicatio.Cardi.ubi supra, & seq. ubi etiam ponit formam eius, ut soluas intra terminum, alias ex nunc te excommunico,ut ibi:& debet apponi clausula, si senseris te grauari,compareas: sed antequam literæ monitionis fiant, debet summatim iudex informare an possessiones,de quibus petitur decima, sint in parochia:ut ibi in q.xxij. Item.

Decimæ ueniunt appellatione obuentionum. Abb. Sicu.post gl.in c.ad audientiam.j.de eccl.edifi.

Decimæ mensales an possint per prælatum concedi ad uitam.Car.in cle.j.xvj.q.de reb.ecc.non alien.

Decimas remittere non potest ecclesia alicui,sed præstationem,uel actum præstandi decimas sic,secundum Car.in cle.fi.in prin.vj.q.de pęnis.

† Decimæ censusue partem princeps subditis remittere potest, & ualet remissio etiam inuitis successoribus.Io.Ana.co.lxxxj.Dec.co.cclxxxix.Iac. Mandel.co.lxvij.Ae.Mar. Ma.

† Super decimis an possit transigi, uel compromitti, uide Fel.in c.causam.col.ij. in prin. extra de præscrip.Millcum in suo repertorio,uerbo Decimæ.§. decimarum ius.

Decimas non soluēdi priuilegium potest papa concedere alicui laico, sed non in totum tollere ius decimarum.Car.ubi s.vij.quæst. † Et uide.j. e. uer.lxxij.

Decimæ non debentur de donationibus, nec de ultimis uoluntatibus, nec de contractibus onerosis lucrum continentibus,nec de immobilibus, etiam gratis acquisitis.Car.in cle.fi.in princip.ix. quæst. de pœnis.

Decimarum solutionem confessores debent monere. clemen.fi.§.j.& ibi Cardi.de pœnis.

Decimæ sine mora soluantur.xvj.quæst.j.decimæ.de. deci.c.cum homines.

Decimas non soluens non debet absolui per confessorem:quia est in notorio crimine,& cōtinue in peccato mortali, & in continua uoluntate peccandi. Car.in cle.fi.§. j. in fi.de pœnis.c. prohibemus. de decimis.de usuris.c.cum tu.

Decimas qui non soluit ea in regione, in qua nec soluuntur a populo,nec sacerdotes in concionibus populum,ut soluat admonent reus peccati mortalis [ut nunc loquimur] non est.Illustr.Card.Hostie.in c.a nobis.de decimi.M.Ant.Nat.co.cxxxvj. nu.11.uol.j.Ae.Mar.Ma.

Decima non debet solui de superfluis fructibus hospitalis:quia aliis pauperibus sunt reseruandi. Cardi. post gl.in cle.j.iij.q.de decimis.

Decima papalis pro ecclesijs posita debet solui in diocœsi,in qua sita est ecclesia, non in diocœsi, in qua bona ecclesiæ sita sunt, nisi sit imposita pro rebus. j.uer.Ecclesia.uer.ccl.

Decima de terris religiosorum datis ad laborandum debet solui.in cle j.& ibi Car. in q. xx. de decimis. cum gl.excolendas.

Decimarum trāsactio an fiat.j. Transactio super quibus.uer.xlviij.

Decimæ, id est fructus inter spiritualia non computantur,sed ius decimandi sic. Cardi. post gl. in cle. ij.§.fi.de præben.

Decimas de nutrimentis animalium suorum non tenentur religiosi soluere.in c.ex parte.j.de decimis. & Car.in cle.j.iij.opp.eo.tit.

80 Decima debet solui a colonis religiosorum priuilegiatorum in decimis non soluendis, si priuilegiū est concessum personis,non si terris.gl. & Card. in d.cle.j.de decimis.q.xxij.

Decima debet solui per colonum religiosorum priuilegiatorum:ut supra,uidelicet. de parte coloni partiarii. Item si sit colonus censualis soluens centum certum pro fructibus retentis, non si sit censualis, id est,cui soluatur census pro cultura:quo casu tenetur ad decimas personales:ibi.q. xxiij.ubi etiam dicit quòd.

Decimæ prædiales non sunt soluēdæ de censu per religiosos recipientes censum a colonis,nec per colonum solui debet decima de censu, scilicet prædialis.Car.ibi.xxiii.q.

Decimarum retentarum usuræ debentur. j. Vsuræ. uer.clvi.

Decimæ

Decimæ debentur uel ex priuilegio.c. dilecti. & seq. de decimis.uel ex præscriptione.c.de quarta.de præscrip.& c.accedentibus.de priuil.Car.in clem. j. in prin. de excep.præla.etiam religiosis. Card. in cle. fi. §. ad religiosos.de pœnis.

Decimæ deberi possunt exemptis.cle.j. & ibi Car. de exces. præla.

Decimas solui religiosis impediens prælatus, tenetur ad interesse. clemen. prima. & ibi Card. de decimis.& Car.in clemen.prima.iiij. quæst. de exces. præla.

Decimas soluens præmiatur,quia colligit fructus uberiores,conseruatur in sanitate,consequitur ueniam peccatorum,& uitam eternã.xvj.q.j.decimæ. Car. in cle.fi.in prin.de pœnis.iiij. q. Sed quomodo puniatur non soluens,uide.j̄.e.uer.xcix.

Decima an soluatur de fundo donato alicui exempto a decimis.j̄.uer.Donatarius.uer. xx.

Decima temporis, & omnium bonorum, debet præstari.de conse.di.v.quadragesima.cum gl.

40 Decima a decem infra non debetur.gl.in c.quadragesima.

Decima de partu ancillæ non soluitur ab eo,qui iurauit soluere de omnibus animalibus.Car.in d.clem. j.xvij.q.de decimis.

Decimæ dicuntur non solum ipsa iura,sed etiam prouentus,gl.x.q.j.quia.

Decimalis causa est summaria.cle.ij.& ibi gl. & Car. de iud.Quod uerum,secundum eum ibi.q.xiij.nisi in papali. Item quando agitur inter duas ecclesias de iure decimandi:non si inter ecclesiam, & debitorem:ut q. xiiij. Item si est quæstio an fundus sit in parochia:ut ibi.q. xxxvj.

Decimalis causa dicitur,etiam super proprietate decimarum:ibi in opp.in d.q.xiiij.

Decimæ non præscribuntur.c.causam,quæ.& ibi docto. & Hosti.de præscript.Ioan. And. & Bartol. in cap. primo. de censi. Fed.de Sen. consil. laicus. de prædio.

✠ Decimæ, tanto temporis spacio cuius in contrarium memoria non extet,possunt a laicis præscribi. Ill.Card.Hostie.in sum.de decimi.§.Et utrũ.Abb. & Fel.in c.causam quæ de præscript.And.Barb.co. xxxv.uol.ij.Ill.Card.Paris.co.cj.nu. 108.uolum.j. Ae.Mar.Man.

✠ Decimæ centum annorum spacio præscribuntur. Lud.Gozad.co.vij.nu.18. Ae.Mar.Ma.

Decimarum præscriptio ponitur per Pau.de Cast.consil.cclxxxvij.ubi uide. † Alias consi.cclxcj. incip.in quæstione.& Felin.late in d.cap.causam. ubi ponit an quis possit præscribere libertatem non soluendi decimas,in j. colum. Et an super quota, uel tota:& quid in clericis an possint præscribere,ut non soluant:uide de his, & tota materia præscriptionis decimarum,Fran.Bald.in suo trac. præscript. in v. parte.col.xiij.uer.septimo igitur quæro.cum pluribus seq.

† Decimarum præscriptio in una parte agri an extendatur ad decimas alterius partis eiusdem fundi uel agri hoddie ad culturam redacti: uide Fel. remissiue in c.causam.ul.col.uer.ult.dilatari.ibi : facit etiã ad dubium.de præscrip.]

Decimæ per statutũ tolli,uel minui non possunt. Bal. in l.fi.C.sine cen.uel reli.

Decimas etiam Iudæus de terris suis soluere debet.c. de terris.& ibi doc.de deci. Item Saraceni Oldrad. consi. xix.

Decimæ debent solui etiam de fructu molendini, qđ macinat ad uentum,uel flatu uenti.c.ex transmissa. & ibi doc.de deci.

50 Decima de auro,uel argẽto, quod effoditur in fundo priuati, solui debet fisco, uel principi.l. cuncti. & ibi Bar C.de metallari.lib.xj.

Decima ex paleis solui debet, sicut ex aliis fructibus. in Specu.de deci.§.j. uersic. fin. not. in l.certo generi.ff.de ser.rusti.prædior.facit. l. cum manu.§.j. de contrahend.empt.& Bal.in l.fi.iij.col.in lec.antiqua.C.de cond.inser. & Pet. de V bal. in tract.de socie. xij. co. in xj. parte. Item de feno.c.peruenit. ✠ de decimis.Cardi.in cle.j.vj.q.de decimis. ✠ Ay. Cra.co.xxj.nu.j.uol.j. Ae.Mar.Ma.

Decima pro fructibus collectis,non pro his, qui colligi potuerunt,solui debet. Bal.in l. pe.vij.col. in lectu.antiqua.C.de condi. inser.

Decimæ qua actionẽ petantur.c.tua.de decimis.

Decimæ inter immobilia computantur. Bald. in cap. primo. de controuer. inter uas. & episcop. in usi. feud.

Decimarum compensatio non potest obijci.gl.singu. xvj.q.j.decime.secundum Lud.in fin.uer. Compensatio.uer. quæro utrum.

Decimas possidens in aliena diocœsi non iuuatur sua quasi possessione,nisi de titulo doceat,uel priuilegio.c.si ad decimas.de rest.spo.in vj.secundũ Bald. in l.uis eius.in fi.C. de prob.

Decimarũ diuturna præstatio acquirit ius.gl.& Bart. in l. cum de in rem uerso.iij.colum.ff. de usur. no. in c.j.de præscrip.in vj.

Decima papalis dicitur potius collecta, quam tributum.Bal.in l.neminem.C.de sacros. eccl.

† Decimæ omnium nemorum, & aliorum locorum quæ non sunt intra certam parochiam, spectant ad episcopum loci : ubi parochiæ non sunt limitatæ, decima p̄dialis indistincte debetur episcopo : quia tota diocęsis est sibi parochia:ut in c. parochiano. de sepul.& in c.apostolice.de don.Abb.in d.c. quoniam.in ij.notabili.de decimis.

† Decima prædialis de iure cõmuni non debetur episcopo, sed illi ecclesiæ, in cuius parochia sunt prædia:sed quarta decimarũ debetur epo : ut in c. qm̃. de deci.& in c.conquerente.de of. ord.ualet tamen præscriptio contra episcopum respectu quartæ : ut in d.c.de quarta.de præscrip.Ab.in d. c. quoniam.

Decimæ fructuum in tantum debentur ecclesiæ parochiali, ꝙ ecclesia potest agere ad interesse pro decimis contra incendiarium,qui incendit fructus immaturos,etiam suos.Floria.in l.æquissimum.§. fructuarius.ff.de usufru.

60 Decima præteriti temporis debet solui per antiquum possessorem, non per nouum emptorem fundi, ex quo decimæ debentur, secundum Bernard. in cap. tuæ. de decimis. docto. in l. Imperatores. ff. de publica. Sed Fede. de Senis in consi. laicus de prædio, &c. dicit quòd electio est decimarij rectoris ecclesiæ, contra quem uelit agere. & cardi. in clemen. j. x,. q. de censi. & in cap. pastoralis. xx. q. & ibi Abb. de decimis. & infra Possessor ecclesiæ. uer. penultimo.

Decima debet solui per possessorem rei, licet res sit sibi euicta facto suo. Bal. & Io. de Imo. in l. cum mulier. la. ij. ff. sol. mat.

Decima soluitur de fructibus, non deductis expensis. Bar. Bal. Imo. & Io. de Por in l. fructus. ff. sol. matri. Bal. in l. j. in j. col. C. de fruc. & lit. expen. Quod est uerum in prædialibus, non in personalibus. l. si a patre. §. fi. ff. de pet. hær. secundum Bal. in mar. uer. decimæ. uer. ij. & uer. fi. ubi dicit quòd.

Decimæ operarum præstari debent, deductis expensis.

Decimæ solui debent in ipso fundo in quo fructus colliguntur. Bald. in l. prima. penult. colum. C. de fru. & lit. expen. & in l. fina. ij. colum. de condi. inser. Item

† Decimæ personales debentur in loco domicilij, sed prædiales in loco ubi sunt prędia, nisi cõsuetudo aliud habeat: & an consuetudo ualeat, ut decimæ nõ debeantur: tex. in c. fina. de parochi. uidetur prima fronte uelle quòd sic. Sed doc. communiter ibi tenent oppositum: & intelligunt tex. quando consuetudo habet, ut prædiales debeantur in loco domicilij: sed quòd ex toto non debeantur, non ualet. Abb. in d. c. fi. de paroch. & latius in c. in quibus. de deci.

† Decima si a clerico parochiano petatur, uel aliud ius parochiale, potest parochianus excipere, quod non exhibet sacramenta sicut prius, & quod eum priuauit quantum ad exhibitionis possessionem. Facit text in cap. nullus. ij. q. ij. & quod no. lxxxiij. dist. quisquis. & Lapus in sua allegatione. lxxj. Ab. in c. cum inter. de exce. in vj. col. & in c. fi. de parochia. in j. col.

† Si pro decimis soluendis clericus, cui pertinent, obligauit se parochianis ad dandum certum quid, ut bene soluerent, non ualet obligatio. facit. c. decimas. xvj. q. vij. nec clericus debet aliquod seruitium impartiri pro decimis: ut in c. de censi. ubi no. Abbas.

† Decima integra non est de iure episcopi, sed quarta decimarum: quia etiam decima debetur ecclesiæ parochiali: ut in cap. cum contingat. de deci. Ecclesia tamen parochialis debet soluere quartam decimæ episcopo: ut in capit. ex parte. de censib. ubi not. Abb. facit. ca. de quarta. de præscr. & c. conquærente. de offi. or. & uide Abb. in c. cum olim. in iij. no. de censi.

† Decimæ prædiales cessante consuetudine debent solui ecclesiæ plebis, & nõ capellis cõstructis intra plebanatum. Examinat Ioan. And. in addi. Specu. in titul. de deci. Personales tamen decimæ debentur capellis: ut ibi Abb. in cap. ad audientiam. el. j. de eccl. edi.

Decimæ portari debent ad domum, uel horreum eius, cui debentur. xvj. quæst. j. reuertimini. cum gl. & in Specu. de deci. in fin. & Barth. Cep. de seruit. urba. clxxij. & Alexand. in l. item illa. de constitut. pecu. Lud. & Alexan. post Ioan. de Imo. in l. stipulatio ista. §. inter cætera. de uerb. oblig. alias in §. si quis dolum. ubi Ludo. allegat. l. pro locis. C. de an-
† no. & tribu. lib. x. † Vide Ia. in l. ij. col. xxxij. C. de iure emphy.

✠ Abb. in c. ex parte il. ij. nu. 5. de decim. Illust. Card. Paris. co. vj. nu. 6. Ae. Mar. Ma.

Decimas soluere non tenetur clericus qui fructus amisit ex incursu hostium. Bal. in l. acceptam. in fi. C. de usur.

Decimas laicus præsumitur habuisse ante consilium factum prohibens eas dari laico: & hoc si laicus diutissime habuit. Pau. con. cxxxvj. Io. And. & But. in c. cum apostolica. de his, quæ fiunt a præla.

Decimarum præstatio diuturna an acquirat ius infra Præstatio uer. xiiij.

Decimæ non censentur remissæ per papam religiosis licet eis papa concesserit excommunicari nõ posse pro decimis nõ solutis. Bal. in l. omnib. C de uecti. & omis.

70 Decimæ in feudum quomodo dentur. Bal. in c. j. de consue. rec. feu. in usi. feud. Pau. consi. cxxxvj. quod sic, solitæ tantum.

† Decimæ an possint uendi, uel in alium laicum per laicum transferri, uide textum quod non, in cap. prohibemus. de decim. Angel. in uerbo Decima. §. is. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. colu. xxix. de constitu.

Decimæ laico per papam ex priuilegio concedi possunt. ca. quamuis. de deci. lxiij. dist. Adrianus. & in cap. in synodo. xcvij. dist. bene quidem. xxxiij. q. ij. §. uerum. Pau. consi. cxxxvj. not. in cap. ij. de præb. in vj. per doct. in c. causam. de præscri. Adde glo. x. q. j. quia. & omnino Car. in c. cle. iiij. q. de decimis. Quod uerum, etiam in connexis: quia per laicos nõ possunt possideri, nisi eis ex priuilegio concedantur per papam. de iu. pa. c. de iur. & c. cum dilectus. Item nec etiam præscribi, secundum doc. in c. causam. de præscri. & s. e. uer. xj.

† Decimæ possessæ per laicos a tanto tempore, etiã quod nõ extet hominum memoria, an possint per eosdem laicos in alium laicum de consensu episcopi transferri. Dec. us con. cxxxj. col. fi.

† Decimæ prædiales an, & quãdo debentur: & an põtifex possit aliquos in totum a solutione decimarum eximere: an per eum possit in totum tolli, quod de omnibus non soluantur. Vide do. Barth. Soc. in consi. ccxcvij. incip. uiso priuilegio. per totum. in secunda parte.]

Decimæ laico possunt concedi quo ad commoditatẽ, non quo ad ius, quod est quid spirituale. c. ij. de loc.

c.ij.ca.quamuis.& c.prohibemus.de deci.doc. in l. usufructu.ff.solu.ma.& in c.causam.de præscr. xvj. q.j.de decimis. Lauren. de Fano in l.in quorum. v. col.ff.de pigno.

Decimæ laicis pauperibus in alimoniam concedi pos sunt per episcopum. j.uer. Laicus.uer.xxiiij.

Decima concessa a laico cum consensu diocæsani alij ecclesiæ, quam cui pertinet, non confirmatur.ca.cũ apostolica.de his, quæ fiunt a præla.& in Spe.de re scri.præsen.§. iiij. uer. sequitur uidere. & in §. ix. uer.item quod facta eis . & uer. itẽ quod in eis.ubi ponit an.

Decimarum cõcessio facta laico possit confirmari.ui de ibi per Spe.

† Decimarum certam quantitatem ex pluribus prædijs meis si conueni cum præsbytero dare, deinde sine facto meo amoueantur certa prædia mihi, an tenear ad integram quantitatem. Alex.in l.cũ mulier.ff.sol.ma.

Decima transit ad emptorem fundi, nisi uenditor eam sibi reseruet in contractu, secundum do.Iac.de Areti.& Bene.de Plumbi.in l.si is, cui.in fi.ff.de lla.lib. facit.l.fundus, qui.de fun.instru.l.nominatim. de libe.& posth.sed Alb.de Ros.tenet contrarium in l. Seiæ.§.Tyranæ.de fun.instr. & in l. inter antiquã. C.de usufr.& Bart.Cepo.in caute.clxxv.& per gl. in c.tua.de decimis.

† Decima an sit soluenda de immobilibus, quæ obueniunt titulo gratuito, puta donato, successione, legato, uel aliter. Petr.de Anchar.& ibi gloss.in capitul.pastoralis. in ultim.colum.uer. quarto quæro.de deci. ✠

Decimarum perceptio qualiter probetur per testes, & an per testes singulares.in Specu. de teste. §. vj. uersicu.item de tempore.& sequen.§.xij. uer. quid si testis.& in titul.de inquisi.§.j. uersicu. item si inducantur.

Decimarum causa pertinet ad iudicem ecclesiasticũ, in Specu.de compe.iudi.adi.§. j. uersi. xvj. non ad secularem, etiam per modum reconuentionis. in

† Specu.de reconuen.§.ij. uer. & trado. † Vide remissiue Feli. in cap.causam.in ult.col.uersi. ultimo dilatari.facit enim ad q.de præscr.ibi, an per iudicẽ secularem cognosci possit.]

Decimas percipere possunt etiã Cistercienses ex priuilegio papæ. Old.consi.cix.

80 Decimæ animalium quales, & quo tempore soluãtur. Old.consi.ccxxxv.

Decimæ noualium qualiter probentur, uel reprobentur.in Spe.de prob.§.j.uer.ult.quæritur.

Decimarum noualium soluendarum, uel non, priuilegium quandiu duret.in Spe.e.tit.& §.uersi.circa.l. nouale.& seq.uer.hoc etiam.

† Decima est soluenda non solum de blado, & uino, sed de omni reditu, & lucro personali. Abb. in c.peruenit.de deci.& in cap.j.eo.tit. & uide bonam glo. in c.cum homines.eod.tit.& Abb. in c.non est. de deci.ubi quærit an de omnibus sit soluenda decima: ut de militia, uenatione, aucupatione, & piscatione: & an decima talium sit prædialis, aut personalis.& uide eundem in c.ex transmissa. eod. titul. in j. not.

Decimarum non soluendarum priuilegium est iuris publici authoritate, sed priuati utilitate, cui potest renunciari.in Spe.de renun.& conclu.uer.cui autẽ.

Decimæ sunt tributa egentium animarum. in Spe. de appel.§.ij.uer.iiij.& tit.de fer.§.ij. uersi. item quid de causa decimarum.

Decimarum causa an patiatur appellationem. in Spe. de appel.§.ij.uer.iij.

Decimarum causa est maior, quam causa temporalis. in Spec.de rescrip.præsen.§.ix. uer. item qđ facta.

† Decimarum quæstio an possit competenter tractari coram iudice seculari. Feder. quod non, nisi sit quæstio facti tantum, consil.cxlv.alias.cclij. incip. nunquid quæstio decimarum.& incip.domino Andree uicario episcopi.Sequitur simpliciter Felin.in cap.causam.colum.fi.uer. facit ad quæstionem.extra de præscri.

Decimæ debentur religiosis, non uicario per eos præ posito in ecclesia parochiali subiecta eis.Car.in clemen.j.ix.q.de decimis. & possunt eis deberi, quando habent parochiam, uel populum.xvj.q.j. moderamine.& seq.Cardi.in clemen.fi.uersi. ad religiosos.de pœnis.

Decimæ quibus casibus non debeantur, nisi ecclesiæ parochiali. Car.in d.cle.j.ix. q.

† Decima ex negotiatione debet solui, cum uenditur merces & hoc securius, secundum Innoc. tamen obseruatur, secundum eum, quòd in fine anni fit solutio propter exiguitatem rerum: ar.in l. plane.ff. fam.erci.& in c.reuertimini.xvj.q.j.facit quod no. Abb.in ca.cũ sint homines. de deci. & fructus agri non possunt alienari sine onere decimarum. Ab. in d.c.pastoralis.

✠ Decimæ etiam de bonis feudalibus.sunt soluendæ. And.Iser.& Afflict.in constit.regn. tit. de decim. l. quanto.Ill.Card.Pari.co.cj.nu 29.uol.j. Ae. Mar. Man.

Decimæ de animalibus cui ecclesiæ debeantur, & fructu pecudum.Card.ubi.supra, q. xv. & cui ecclesiæ de ouibus retentis in diuersis pascuis.in q.xvj.& in c.commissum.eo.tit.

90 Decimas soluere cogit iudex, etiam ex offic.Card. in cle.ij.xxiij.q.de iudi.

Decimæ non debentur clericis utentibus uestibus diuisatis.Car.in cle.ij.vij.q.de ui.& hone.cleri.

Decima de illicite acquisitis non debetur c. ex transmissa.de decimis.Car.in cle.j.in fi. de sepul.

Decimas tenetur soluere etiam.episcopus.In. in c. nouum.de decimis. Car. in cle.dudum.§. uerum.xix. q.de sepul.

Decimæ futuræ in transactione cum laico deduci nõ possunt, secundum Car.in cle.ij.v.q.de decimis. & j.transactio super quibus.uer. xlviij.

Decimarum collector non potest sententiam ferre super ornamẽtis diuini usus, nec ea capere, nec distrahere pro decimis. Car.in cle.ij.ad fi.de decimis.

✠ Decimas qui non soluit non propterea suum ius amisit. Ill. Car. Par. co. vj. nu. 13. uol. 4. Aem. Mar. Man.

† Decimas non soluens incurrit peccatum præuaricati præcepti Dei. de decimis. a nobis. Item conuertitur ad decimum chorum malorum spirituũ. xvj. q. j. decimæ. Item de eo Deus non curat, & locustas, nec plagas ab eo remouet. xvj. q. j. reuertimini. Item fiscus accipit quod Christo non datur. xvj. quæst. j. maiores. Gotred. in Summa de decimis. §. in Summa. & Card. in clem. fin. in princ. iiij. quæst. de penis.

† Adde quòd decima est integræ soluenda de omnibus undecunq;. text. & ibi Abb. in c. ueniens de trãsactio. & uide c. commissum. c. peruenit. c. cũ homines. c. non est. c. tua nobis. cap. cum aliquibus & ibi doct. de deci. & do. Car. in c. pastoralis. e. tit. Conclude hic quòd decimæ prædiales debentur a possessorib. percipientibus fructus. Inn. in cap. cum non sit. extra de deci. Et pro hoc facit textus in c. si quis laicus. xvj. q. j.

✠ Abb. etiam. in c. in aliquibus. & in c. de terris. de decim. & Ill. Car. Par. co. vj. nu 12. uol. iiij. idem tradunt. Ae. Mar. Ma.

Decimæ reales integræ debentur non obstante consuetudine: quia debentur lege diuina: sed decimæ personales debentur consuetæ, licet minores: & tũc sine peccato, a quo excusat consuetudo. Car. in cle. fi. in prin. v. q. de penis.

Decimæ reales, & personales debentur iure diuino. Car. in cle. fi. v. q. in prin. de pœnis. not. in c. in aliquibus. de decimis.

† Decimæ per laicum non præscribuntur, nec possidentur: sed per ecclesiasticum sic. in Spe. de præscri. uer. Item licet laicus.

† Ita concludunt Abb. & Felin. in c. causam. extra de præscript. Et do. Boerius in consuet. Bitur. tit. de prę scriptio. §. j. in gl. j.

† Decimas de quibus laicus fuit inuestitus ante consilium Lateranense, an alius laicus possit contra ipsum præscribere: uide Felin. in ca. causam. de præscript. in c j. col. uer. limita secundo prædicta.]

200 Decimæ concessio intelligitur. s. de pecunia usuali, & currenti. c. ij. de decimis. & Alex. in l. eleganter §. qui reprobos. de pig. actio.

Decima, uel eius fructus, an possint pignorari. in Speeu. de pigno. §. j. in fine.

Decimarum certi loci petitio an dicatur generalis. in Spe. de sepul. uer. utrum is.

Decima bladi an possit peti in herba. in Spec. de deci.

Decimarum libelli qualiter concipiantur. in Specu. de deci. per totum.

✠ Decimæ prædiorum si suo tempore petitæ non fuerint. id est. cum fructus colliguntur amplius peti nõ possunt. nisi loci consuetudo aliud uelit. Arch. in c. j. de decimi. in vj. Rot. in antiq. titul. de decimis. deci. c. 3. Felin. in c. si autem. de rescrip. Ill. Card. Paris. co. xv. nu. 26. uolum. j. co. xxv. num. 35. Ae. Mar. Man.

Decimarius potest ingredi fundum, ut recipiat decimas, etiam inuito domino: ut in Spe. e. tit. uersi. fin. & Barth. Cep. in tit. de ser. ru. c. j.

Decimarius non dicitur possidere naturaliter. Inn. in c. in literis. ad fi. de resti. spo.

Decimarius cui decima debetur, potest petere a iudice ꝙ prohibeat possessori ne fructus de fundo amoueat. in Spec. de deci. uer. fin.

† Decimatus semel non debet iterum decimari. uide do. Bart. Soci. in consi. cccij. incip. uidebatur. uer. secundum correlarium ibi, nõ enim debet in secunda parte.]

Decimarum materiam uide in Romana ecclesia quod est post consilium Alexand. de Imol. in quarta parte.

† *Decætero* id est, in futurum. Card. in clem. j. xvij. q de elec. & in cle. in plerisq;. xv. q. eo. tit.

† Adde quod hæc dictio decætero, trahitur ad futura, & non præterita, & noui operis editioné, & non ueteris declarationẽ denotat. gl. in cle. j. super uerbo, decætero. de elec. & in cle. j. de usur. licet ibi cõstitutio comprehendat præterita. c. licet in uerbo, decætero. de acc. c. j. de post. præla. li. vj. c. statutũ. de rescri. eo. li. & uide gl. in proœ. vj. in uerbo, de cętero. & in proę. cle. in uerbo, decætero. & in c. licet canon. de elec. li. vj. dom. de san. Gem. in c. ij. de do. & contu. eo. li. & in c. si apostolica de præb. eo. lib. & Arch. in c. prouida. super uerbo, decætero. de electio. eo. li. & tex. cũ gl. in c. ij. de conces. præb. per Arch. in c. non solum. de reg. li. vj. & glo. xxxiij. q. iiij. dixit Sara. per Alb. de Ros. in suo Dict. in uerbo, decætero. & uide Abb. in d. clem. unica, de usur. in apostil.

Decipi non debet quis anthoritate legis in Spe. de actore. uer. sed pone quod filius.

Deceptus a capitulo, cui restituit literas gratiæ habet officium iudicis. in Specu. de offic. om. iu. §. ij. uersi. item agit.

Deceptio rei ipsa dicitur ultra dimidiam iusti prætij. in l. stipulatio hoc modo. v. col. de uer. oblig.

Deceptus renuntiat iuri suo: & quid si sibi non seruetur promissio. in Spec. ubi. supra.

Deceptus non uidetur, qui sciuit. in Specu. de emp. & uend. §. v. uer. eo etiam modo. l. j. in fin. ff. de actio. empt.

Declaratio nullitatis per iudicem fieri non debet de necessitate, quando actus est ipso iure nullus. Barto. in l. j. C. de thesaur. lib. x.

Declaratio nihil noui facit. Car. in cle. constitutionẽ. §. j. de elec. per l. hæredes. §. sed & si notam. de test. & ibi Bal. per no. in c. cum dilecti. de accus. idem in ca. j. de sum. tri. in vj. & in l. hæredes. §. sed & si notam. de test. † Et Raph. Fulg. in consi. cxlviij. in fin. ubi dicit quòd nihil noui inducit sicut qui excutit grana e spicis.]

† Declaratio an, & quãdo dicatur fieri posse: & an, & quando res indigeat declaratione, uide Fran. Are. in consil.

✠ consi.lxxxiiij. ✠ l.adeo.§.cum quis.ff.de acq. rer dom.Io.Crot.co.l.nu.14.Ill.Card.Par.co.viij.nu. 17.co.ix.nu.25.uol.1.co.v.num.98.uol.iiij. Aem. Mar. Man.

Declaratio non fit per specificationem circunstantiatiarum. Card.ubi.s.Item.

Declaratio criminum obiectorum in termino non potest fieri post terminum. Car.ubi s.iij. q.

Declaramus, non est uerbum inductiuum noui iuris. Car.in cle.si Romanus.in princ.de præb. & in cle. j.§.fi.in fi.de reb.ecc.non alie.

Declarare condemnandum, uel absoluendum, est absoluere, uel condemnare.in l.prætor in princ.ff.de iudi.

Declaratio requirit citationem.no. in c. repræhẽsibilis.de appel.& Lud.in l.is, cui bonis. de uerb.obliga.& Alexand.in l.eius, qui.de iure fisc.& in l.Imperator.ad fin.eod.tit.per gloss.in cle.præsenti.de censib.

Declaratio appellationis ab interlocutoria fieri põt sine scriptis, licet appellatio non.Ioan.de Imo.in l. hæredes. §.j.de test.

Declarare dicitur, etiam qui errorẽ corrigit, si error non uitiabat actum.no.Io.de Imo. in d. l. hæredes palam §.j.

10 Declarator habet præsumptionem pro se.ỹ.uersi. Præsumitur.uersi.xx.

✠ Declarandi cui est concessa facultas si semel declarauerit, amplius declarare non potest.gl.in l. quicquid astringendæ.ff.de uerb.oblig. Alex. in consi. lv.uol.v.Io.Crot.co.xj.nu.31.Ae.Mar.Ma.

Declarationi alterius potest quis se committere. per Alex.con.xlvij.prima parte.ubi plene.

Declaratio facta a parte non potest uariari. ỹ. Variatio.uer.xv.

Declaramus, extenditur ad præterita.Card. in cle.statutum.ij.q.de elec.& Alex.in l.omnes populi. viij. col.de iusti.& iure.& Bal.in l.non dubium.C.de legi.in prin.

Declaratio desertionis an fieri debeat per iudicem appellationis, quando appellatio est deserta. ỹ. uersi. Desertio.uer.xij.uer. Pronuntia.uer.antepe.

Declaratio potest reseruari usque ad sententiam. gl. & doc.in l.ubi pactum.C.de trans.

Declarare cogitur iudex, quando uertitur quæstio facti dubia, receptis probationibus, & indicijs: quæ si sunt plura pro & contra, uel nulla, abstineat. Bal.in l.uoluntatis.in fi.C.de fideicommis.

Declaratio non est confirmatio, nec habet uim confirmationis.Bal.in l.j.C.de testa.manu.

Declaratio prætij collata in uoluntatem tertij, non potest fieri uenditore absente. Petr. de Bel. in l. si quis arbitratu.& ibi doc.de uer.obli.Cy.in l. fi. C. de contrahen.empt.Bar.in consi. Talionus de Spoleto. Item nec uenditores exbannito, & cõfiscatis eius bonis.Bar.in l.postquã.in prin.ff.ut leg. nom. caue.& s.uer. Arbitramentum.uersi.xv.de his plenius per Alex.in d.l.si quis arbitratu.

Declaratio sententiæ facta ad petitionem eius cuius non interest: prodest etiam his quorum interest.In no.in c.in nostra.de proc. Lud.Pon.in fin. uer.sententia est lata.

20 Declaratio sententiæ fieri potest per iudicem: ut ỹ.Sententia incerta.uer.xvij.

Declaratio pertinet ad eum, a cuius animo quid dependet.glo. Inst.de act.§.alie.& in c.significasti.de homi.

Declaratio fieri debet cum iuramento: per gl.not.ubi & s.& Bar.in l.pro hærede.in prin.ff. de acq. hær. Paul.consilio.cxliij.

Declaratio non debet fieri cum solennitate requisita in ipso actu principali. l. hæredes palam.§. j. & ibi Bartol.Imol.& doct.ff.de testa. & ỹ. e. uersic.xxv.

Declarare non est iterum testificari.Bald.in l.fi.C.de test.

Declaratio testamenti dubij potest fieri coram duobus testibus.l. hæredes palam. §. j. & ibi Barto. ff. de testa.& ibi Barto.in l. j. C. de codicil. uidelicet per testatorem, ut ibi sed an eo mortuo fiat per hæredem, not.in l.si quis a filio.§.j.& ibi Bart.ff.de legat.primo.& in l.gerit.in fin.quæst.primæ principalis.ff de acq.hær.uide Bal. in l.uoluntatis. C. de fideius.

Declaratio dicitur erroris correctio circa nomen alicuius, & non dicitur mutatio. Ang.in l. hæredes palam.§.si quid post.ff.de testa.

Declaratio totius dotis commissa Titio, eo nõ declarante, debet iudex adiri, qui declarat: sed partis tantum secus est: ut.ỹ.uer.Dos.el.j.uer.lxxvj.

Declaratio temporis collata per sententiam in personam arbitri, uel patris, licet non fiat ab eo, qui fit morte præuentus, tamen ualet reseruatio. Cyn. & Bal.in l.pe.C. de inst. & subst. sub cond.fac.Flori. in l.quicquid.ff.communia præd.& Alex.in l. triticum.de uerb.ob.ubi secus dicit in declaratione pretij non facta post reseruationem. s. Adiudicatio. uer.ix.

Declaratio damnorum, expensarum. & interesse, põt ex pacto fieri per partem. Bar.in l.fi.ff.de præto.stipu. & patitur reductionem ad arbitrium boni uiri. Barto.ibidem.& per Alexand. consil. xlvij. prima parte.

30 Declaratio dominij, uel obligationis, est diffinitiua sententia. Bal.in addi. Spec.de sen.uer sent. declaratoria.

Declaratio prætij non potest ei committi, in quẽ non potest fieri compromissum. Paul. de Castr. consil. lxxiiij.

Declaratio per iudicem facta de uerbis ambiguis sententiæ, uel contractus, non potest mutari, corrigi, uel uariari: secundum Ang.no.in l.quod iussit.ff.de re iud.& in l si quis intentione.de iud. per glo. fin. in l.quicquid.de uer.ob.& ibi per Alex.& ỹ.& Bal. in l.serui electione.& in l.huiusmodi.§.Stichus. de leg.j.sed ibi Ang.firmat contrarium in parte, quæ non potest uariare. & idem tenet in d.l. si quis. secundum do.Phi.& in c.cum cessante.decima limit. de apdel.secus in iudice.ut ibi.

Declarationi alterius qui stare promittit, uidetur eū eligere, ut bonum uirum. Bal. in l. penul. ff. de arbi.

Declaratio post terminum fieri potest. Bal. in l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testa. Alexand. in l. ius ciuile. de iusti. & iure. & melius per Alexand. post Pau. de Castr. in l. si ita stipulatus. de uer. obligat.

Declarandi ius non præscribitur. Bald. in l. petens. iij. col. C. de pactis.

† Caute. Si promitto soluere omne id, quod declaratum fuerit me esse debitorem, intelligitur dum tamen declaratio fiat me uiuo, adeo quod nihil operatur contra hæredes meos. Text. est singularis in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerb. oblig. Quod doct. dicunt esse notandū pro mercatoribus Florentinis, qui se obligant ad soluendum omne illud, quod declaratum fuerit Titium esse debitorem. Nam cautela est, quod talis declaratio fiat uiuo Titio: quia si post mortem, illi promissores non tenerentur. Quod est notandū: quia in hoc possent multi decipi, secundum do. Ias. in l. petens. in iiij. colu. uer. nota. tamen ex ista gl. C. de pactis. Refert, & sequitur Petr. Gerar. dicens perpetuo menti tenendum, sing. xxvij. incip. libero arbitrio. ☩

Declarandi sententiam ius an possit per iudicem reseruari. Pau. de Cast. consi. cccvij.

Declaratio personæ commissa arbitrio alicuius, etiā post annum fieri potest. Bal. in l. ij. §. j. C. communia de leg.

Declaratio non parit actionem. Item.

Declaratio fieri potest, etiam post longum tempus. Bald. in l. uoluntatis. C. de fideicom. & in l. hæredes palam. §. j. ff. de testa. quia ius declarandi non præscribitur. Bald. in l. petens. iij. colum. C. de pactis.

† Declaratio libelli pertinet ad libellantem. Ang. in consi. clvij. ubi etiam ꝙ libellus declaratur expositionibus.

40 Declaratio libelli semel facta non potest uariari. Bald. in l. fi. iiij. col. C. de fideic. & Ang. in l. si quis intentione. de iudi. per gl. fin. in l. quicquid adstringendæ. de uerb. obl.

Declaratio semel tantum fieri potest. Ang. in consil. cclxxviij.

Declaratio rei petitæ debet fieri secundum eius naturam, & qualitatem. l. si in rem. & ibi Bar. post gl. ff. de rei uen. & per signa eius, & ibi, etiam in actione ad exhibendum. l. iij. in prin. ff. ad exhi.

Declaratio actus, qui potest diuerso iure censeri, pertinet ad eum, qui actum gerit, ut declarat quo animo fecerit. Bar. in l. pro hærede. ff. de acq. hær.

Declaratio uerborum prætoris pertinet ad iudicē. l. j. de iure deli. Bar. in l. si quis a filio. §. j. de lega. j.

Declaratio fieri debet parte citata. supra uers. Citatio requiritur. uer. xxxij. Ange. in l. quod si nol. §. si quid ita. de edili. edict. quod laudum non requirit præsentiā partis. s. cum sit declaratio: ut ibi. Vide Ang. in l. hæredes. §. si quid. de testa. & j. Qualitas. uer. iiij. & per Alex. plenius in l. si quis arbitratu. de uerb. ob. & in l. ab executore. post Bart. ff. de appel.

Declaratio terminorum commissa alicui, non potest fieri de uno termino tantum. Bar. in l. iij. in princ. ff. de annu. leg.

Declaratio incertorum malæ ablatorum cōmissa per testatorem alicui, fieri potest, etiam hærede non requisito: quia ei creditur cum iuramento, nisi prætēdat interesse. Bal. in l. captatorias. iij. q. C. de testa. mili. ubi uide omnino.

Declaratio in codicillis, quod relictum factum filio intelligatur iure institutionis, non ualet. Bald. in l. non codicillum. C. de test.

Declaratio uerborum dubiorum nisi fiat, uerba non operantur. Bal. in l. potuit. v. col. C. de iur. delib.

Declaratio requiritur, quando pœna ipso iure imponitur. Ioan. And. in c. cum secundum. de hæreticis. in vj. Alex. in l. Imperator. de iure fisci. Adde Bald. in c. j. quib. mo. feu. ami. & per Bal. in l. si quis maior. C. de transi. & in aut. hoc amplius. j. col. C. de fideic. & per Io. And. in c cum secundum præallegato. Quod intellige, citata parte. Alex. ibidē per gl. in cle. præsenti. de censi. & infra penæ petitio. sed potest appellari. ĩ. Appellatio a declaratione. uer. j. & ij.

50 Declaratio si non fiat, & pars opponat, non debet ultra procedi: sed si pars nō opponat, & in processu non fiat circa probationes non potest sequi condemnatio. Bar. in l. si in rem. ff. de rei uen.

Declarari non possunt per actorem dicta testiū obscura. Bar. in l. Pomponius. §. si plures. ff. de rei uend.

Declarare an cogatur quis obscuram intentionē suā siue actor, siue reus. no. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud.

Declaratio sententiæ obscuræ fieri potest, etiam per iudicem executionis. Bal. in l. hac consultissima. iij. col. C. qui testa. face. pos.

† Declaratio cadit in dubijs, non in claris. l. si sic stipulatus. cum glo. doc. & ibi Alexand. de uerb. obl. & infra, uersicu. Interpretatio. uersi. vj. & xxxiij. &

† in l. si mihi, & tibi. §. fin. de uerb. obl. † Et Ang. in consi. celv.]

Declaratio ꝙ conditio non possit impleri, non est necessaria ad exactionem pœnæ in principio, sed sufficit fieri in processu. Alex. contra Ang. in l. ita stipulatus. iij. col. de uer. ob.

Declaratio relationis nuntij non potest fieri per iudicem. ĩ. Relatio. uer. xv.

Declaratio uoluntatis per epistolam, & inter absentes, fieri potest. l. j. in fi. cum l. seq. si mens. fal. mo. dix. l. si pater. §. si Sticho. de fideic. lib. L. si quis mihi bona. §. iussum. de acq. hær. Alex. in l. si quis arbitratu. vj. col. de uer. ob. Item.

Declaratio de uno ex plurib. legatarijs fienda per Titium ex dispositiōe testatoris, potest fieri parte nō citata. l. unum ex familia. in prin. & §. j. & ij. de leg. ij. Alex. ubi supra. viij. col.

† Declarandi ius non transmittitur ad hæredē extraneū. Bal. in l. liberti. v. col. C. de ope. lib. & in Mar.

uer.

uer. Confessio. uer. ij. Ité nec ad suum: qia non egre ditur personam proferentis, qui debet declarare. Bar. in l. Pomponius. §. si plures. ff. de rei uen. quem etiam uide in l. si quis intentione. ff. de iudi. & in l. inter stipulantem. §. j. ff. de uer. ob. & ĩ. Ius declarã di. per totum † Et Ang. in consi. cclxxiij.

† Adde quod ille, qui declarat, nihil de nouo agit. l. hæredes palã. ff. de testa. & no. in c. cum tu. de usur. Abb. in c. ex parte. de consuet. & Io. Andr. in proç. Dec. super uerbo, declaramus. Ego adduco Domi. in c. j. de sum. tri. lib. vj. ubi dixit, datus fuit terminus ad producendum articulos in causa, quod pote runt articuli declarari post terminum: cum ex declaratione nouum quid fieri non dicatur. Allegat Oldra. in consi. clxvj. & dicit illum text. esse optimum ad hoc, ꝙ ille, qui declarat non dicitur nouũ facere. & uide Bal. in j. const. C. in §. quib. ꝙ licet statutarii nõ possent addere ad antiqua statuta, pos sunt tamen declarare illa. & gl. xxxiiij. di. c. si quis uiduam. & ibi Domi. ꝙ qui non põt articulare, põt antiquos articulos declarare. & Bal. in l. j. §. huius studii. ff. de iustitia. & iur. ꝙ si fuit datus terminus alicui ad articulandum, & facit articulos generales, ꝙ poterit illos post terminum declarare. Facit quod no. Bal. in rub. de re. permu. statuto, inquit, ca uetur ꝙ de quolibet contractu soluatur gabella: quod non debet solui de declaratione contractus. & uide eundem in l. j. post princ. C. de testa. manu. & in l. cum in testamento. in fi. C. de manu. testa. & Ioa. de Imol. in d. l. hæredes palam. & uide Bald. in l. fi. C. de testi. in uer. quæro nunquid testes, &c. ꝙ licet testes, qui iterato examinantur, debeant itera to iurare: ut est ibi gl. & ff. de dam. infe. l. si quis mihi bona. §. si quis stipulatus. quia in primo iuramẽto non est cogitatum de ista noua dispositione. Itẽ quia in alia instantia, & coram alio iudice. itẽ quia fides testis non est in eodem statu, nec eadem quali tas eius. ff. ad Carbo. l. iij. §. duæ causæ. Tamen secus dicit esse in testibus, qui in eadẽ causa recipiuntur ad declarationem eius, quod deposuerunt: quia declarare non est de nouo testificari, sed demõstra re. d. l. hæredes palam. §. sed & si notam. alias. §. si uero. Faciat quod uolunt Scribentes in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de uer. ob. & do. Ant. ĩ c. Iudei. & de Iude. & Bal. ĩ l. si ut ꝓponis. la. ij. C. de nup. & Ab. in c. cõsuluit. de Iude. & Ab. in c. pastoralis. in fi. de excep. ubi allegat Archid. xiij. q. ij. in summa. ꝙ licet post terminũ pars non possit excipere, poterit tamen exceptionem prius positam declarare: quia qui declarat, &c. d. l. hæredes palam. & c. cũ dilecti. de accu. & Inn. in c. per inquisitionẽ. de elec. Et con fessio potest declarari, & non perimi: ut in d. c. cum dilecti. & uide Bal. in contrarium in c. ea, quæ. de re iud. ꝙ inferior non potest de sententia confirmata per superiorem iudicare, nec declarare. Sed dic ꝙ illo casu interpretatio, seu declaratio legis operatur idẽ quod ipsa lex l. ita fidei. ff. de iure fis. Et eius est interpræetari, cuius est condere. l. fi. C. de legi. c. inter alia de sent. excom. & c. cum uenissent. cũ ibi notatis. de iud. & uide Barba. in repet. rub. de fid. in stru. in lxvij. col.

† Adde ꝙ decretum est sententia, qua iudex cõtractũ futurũ iustum fore decernit, authoritatẽ suã interponẽdo, uel aliquẽ in possessionẽ mittẽdo, uel mit tendũ declarando. ff. de dam. inf. l. si finita. §. Iuli. & §. si forte. & interponitur ante contractũ. ff. de re. eo. l. magis puto. §. ne passim. & seq. gl. in c. j. in uer bo. tractatus. circa fi. de re. eccl. non alie. l. b. vj. & ꝑ Alb. de Rosa. in suo Dictio. in uerb. Decretum ubi de hoc. Et quot modis sumatur decretum, uide ibidem per eum.

Declinare forum dicitur clericus, qui captus repetitur per episcopum, secundũ Ang. consi. statuto cauetur Florẽtino. & ĩ. uer. Clericus. uer. v. Bar. contra, in l. ij. C. de acc. & in l. pen. §. ad crimen. de pub. iudi. Item qui in iudicio ostendit se clericum, licet uerbo nihil dicat, & exceptionem non opponat. Bal. in l. j. in fi. C. de nat. lib. ubi uide omnino. & per Alex. in l. ab administratione. C. de leg.

Declinans forum nõ potest impune offendi ex forma statuti, nisi fuerit pronuntiatum super sua petitiõe quia aliter non dicitur declinasse, secundum Bart. no. in l. eum. §. j. ff. de iur. pa. & Bald. in l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. test. & Alex. in l. quamuis. de in ius uocan.

Declinans forum, etiam per procuratorẽ, incurrit pœnam. Bar. in l. iij. §. si procurator. ff. quod quisq; iur.

Declinare iurisdictionem non dicitur, qui excipit qd statutũ non sentit de clericis, uel non ualet. Bald. in l. j. C. si ser. se emi man. † Vide Ang. in consi. xlvij. & Signo. de Homod. in consi. lxxx.]

Declinare forum potest tertius pro interesse suo, ut pater pro filio, & abbas pro monacho: & nõ habet locum statutum contra declinantem forum. Bar. in l. ij. C. de acc. & in l. penul. §. ad crimen. de pub. iud.

Declinans forum non põt pœnitere. Bald. & Alex. in d. l. dic. §. tutor. qui satisd. cogan.

Declinare nolle si quis iuret, uide Alex. post gl. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam.

Declinanti forum per contumaciam incumbit onus probandi. Bal. in l. gesta. C. de re iud. Alex. in l. iij. ff. de iud.

Declinans forum iudicis competentis, põt tanquam contumax condemnari. Bal. in l. ij. C. ubi quis de cu riali. & debet cauere de comparendo coram proprio iudice. ĩ. Forus. uersi. xliiij.

Declinasse forum nõ dicitur clericus, qui iussu patris, uel episcopi, per se, uel per alium declinat. Bal. in l. ab administratione. C. de leg. Si clericus declinat, an possit inquiri de iniuria ei illata. Bal. in aut. statuimus. in fi. de epi. & cler. Item priuatur commodis statutorum. Alex. plene in d. l. ab administratio ne. C. de leg.

Declinanti forum dolus non patrocinatur. infra uer. Dolus. uer. xxj.

Declinatio si non fiat, ualet sententia. ĩ. uer. forus. uer. peu.

Decretalis epistola quid sit, uide glo. iij. distin. in summa. & ibi ponitur differentia inter canonem, decretalem epistolam, dogma, sanctionem, interdictum, & mandatum. Et de pragmatica sanctione quid sit, uide text. cum glo. in cap. j. de re. permu. Abbas in c. canonum statuta in princip. de constit. Ego de pragmatica addo aliā glo. 100. dist. cap. j. & xxv. q. ij. rescripta siue sint. & glo. C. de no. Co. confir. in princip. Et an Decreti, seu Decretalium rubrice possint allegari, & ex eis argumentari. Abb. in proœ. Grego. in v. colu. uersicu. & in eo. Et de differentia inter constitutionem decretalem, & epistolam, uide Abb. in proem. Grego. in ij. colum. in uersicu. item nota ex hac particula gl. &c.

Decretalium Liber fuit compilatus anno domini M.ccxxxij. secundum canonicos: ut legitur in libro, qui dicitur Fasciculus temporum. Sed.

Decretorum liber compilatus fuit anno domini. M. cl. ut ibi, & glo. ij. q. vj. §. forma. & infra, uer. Rubrica. uer. xiij.

Donator potest retinere de bonis donantis tantum ꝙ uiuat. gl. in l. in condemnatione. de reg. iur. & in l. si quis argentum. §. sed in his omnibus. C. de donat. Quod uerum est, nisi sit opifex: quia tunc sibi nihil retinet. glo. in d. l. si quis. §. si quis uniuersitatem. & Bart. in sing. uer. Donatio. & in l. stipulatio hoc modo. de uerb. obli. Et adde dictum Bal in c. j. in prin. de nauti. feu. quod illa glos. in l. in condemnatione, est singularis, licet aliqui eam reprobent, quod donatarius habet priuilegium ne teneatur ultra quam facere possit donatori pro alimentis, si donator retineat sibi de bonis donantis, non enim petit, sed retinet: ut in gl. & Alex. in d. l. in condemnatione.

Donator an teneatur ad fructus. Bart. in l. Nesennius. §. fundum. de re iudicata.

Donator potest obligare rem donatam non traditam l. quod sæpe. §. si res. ff. de contrahen. emp. l. pen. §. Lucius. de dona. facit. l. quoties. de rei uend. Bar. in l. j. C. de iur. fis. lib. x. Item non potest pignorare rē donatam. l. quæ prędium. & ibi Bal. C. si res ali. pig. da. sit.

Donator reuocans donationem ex causa ingratitudinis non dicitur habere in ea causa lucratiuam. Bar. in l. j. de impo. lucra. descrip.

Donator negans se donasse, an uideatur reuocare donationem. in Spe. de dona. uer. item pone, pater.

Donans rem in proprietatem, uel ad utile dominium, ant possit recipere censum ab ipsa ecclesia donataria. Inno. in cap. j. de dona. ubi loquitur de donante ecclesiæ a se constructę.

Donans se & sua alicui ordini ecclesiastico, est uerè regularis, si portat habitum, secundum Abb. antiq. in cap. j. de testa. & Bald. in Margar. uer. Donans. uersi. iij.

Donans, & hæres eius, potest uenire contra donationem non insinuatam intra terminum statuti, licet iuratam. Fed. de Senis consil. ccliij. casus talis est, statuto cauetur, &c. & supra Donatio insinuari debet. uer. xvij.

Donatoris confessio an probet merita præcessisse. ꝫ. uersi. Merita. uer. fi.

Donans rem in piam causam, uel potentiori, quia dubitat de controuersia, tenetur ad interesse ex edicto de alienatione iudic. mutandi causa facta. secūdum Bar. in l. ij. §. j. ff. eo. tit.

Donatarius an debeat etiam fructus restituere, quādo donatio reuocatur. in l. si mortis causa fundus. ff. de dona. causa mor. & in l. cum quis causa mortis. de condi. ob causam.

Donatarij unius repudiantis portio an accrescat alijs. in Spe. de donationibus.

Donatarius petit sibi tradi possessionem intra triginta annos. Bal. in l. illud. ult. colu. C. de sa. san. eccle.

Donatarius si conueniatur hypothecaria a creditoribus donatoris, uide in l. j. & ibi Bar. C. de iure fis. li. x. & in l. de rebus. & ibi Bar. Bal. & doc. C. de dona. ante nup. quia creditoribus incūbit probatio ꝙ res fuerit prius obligata eis, quam donata illi. d. l. de rebus. nisi fiscus agat hypothecaria: quia tunc donatario incumbit probatio, quod sibi prius res fuerit donata, quam fisco hypotheca. casus sing. secundū Bar. in d. l. j. de iure fis. & tenet Barto. in l. & quæ. §. quod dicitur. de pig.

Donatarius causa mortis potest grauari de restituendo. l. ei, cui. ff. de dona. causa mor. l. j. C. eo. tit. l. iij. in prin. & ibi Bar. de leg. iij. Ioan. de Por. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uerb. ob. & ꝫ. uer. Substitutio quibus fiat. uer. x.

Donatarius possidet ciuiliter per precarium donatoris Bar. in consi. Martinus de Eugubio.

Donatarius an teneatur alere donatorem. gl. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & in l. fi. C. de reuo. don. Cy. in l. j. C. de iur. emphy. Barto. in l. obligamur. de ac. & ob. & supra uer. Donator. uersicu. iiij. v. & xxiiij. dic quod sic.

Donatarius an debeat probare merita pręcessisse. Bal. in l. ij. in fi. C. ne lice. po. &. ꝫ. Merita. uer. iij.

Donatarius causa mortis lucratur fructus statim, etiā ante mortem donantis. Casus sin. secundum Bal. in l. iij. §. fi. de le. iij.

10 Donatarius inter uiuos lucratur fructus perceptos, etiam ante confirmatam donationē morte donātis. Ang. in l. j. C. de dona. in Aug. & ab Aug. fac.

Donatarius non dicitur ingratus licet donatori nihil relinquat in suo testamento. Bald. in l. si maioris. C. de transac.

Donatarius acceptando legatum sibi factū cum clausula ꝙ plus petere non possit, an uideatur renunciare donationi. Pau. de Ca. consi. lxiij.

Donatarius non implens pactum in donatione positum tenetur condictione ob causam. l. ij. & ibi doc. & Bar. C. de cond. ob cau.

Donatarius cum clausula Pleno iure, non potest fructus ecclesiæ cōuertere in suos usus. etiam si habeat concesśionem a papa. Inno. in c. pastoralis. de do. & in c. pastoralis. de priui. & doc. mod. in c. cum inter. de re iudi.

Donatarius tenetur donatori ad alimēta, quatenus facere potest, scilicet retinendo, non autem petēdo. i. si donator retineat sibi pro alimentis, non autem potest petere alimenta. Bal. sing. in c. j. in fi. princi. de natu. sęn. & ꝫ. Donator. uer. xxiij. & Alex. in l. in condemnatione. de reg. iur. ubi. glos. not. Sed an reuocetur donatio non alendo. Albe. de Imo. in cap. propter. de dona. & Cyn. post. gloss. in l. fi. C. de reuo. dona.

Dona-

Donatarius non potest per testes ad æternam memoriam examinatos probare quod res uendita Titio fuit ante donata sibi, & sic obtinere contra emptorem. Bar. in l. si mater. §. fi. ff. de excep. rei iudi. quia quibus non nocet sententia, nec probationes: ut ibi.

Donatarius hæres institutus potest repudiare hæreditatem, nec propterea tanquam ingratus priuatur donatione in auth. de immen. dona. in prin. secundum Ang. coll. vij.

Donatarius non est obligatus dare annuum donāti, si res donata reuertatur ad donantem. l. Titia. ff. de an. leg. l. Srichum. §. Titia. eo. tit. Quod uerum, nisi donans ipsi rei adiecerit conditionem per quā uelit euitare quid turpe quia reuertitur ad donantem cū qualitate sua. l. si conuenerit. §. si fundus. de pig. act. l. debitorem. C. de pig. Ludo. in sing. uer. donatio. uers. ego declaro.

Donatarius primus præfertur secundo. Alexan. consi. lix. iiij. parte.

20 Donatarius exemptus a decimis nō tenetur ad decimas pro fundo sibi donato, de quo donator soluere consueuit decimas. Geminia. in cap. j. §. j. de iure pa. in vj.

Donatarius causa mortis non potest dicere testamentum nullum l. si uero. §. sed si mortis. ff. de bon. quæ lib.

Donatarius an possit obligare rem. Inno. cap. pastoralis. de priuileg.

Donatarius an teneatur ad onera rei legatæ. in l. hæreditatem. de dona. ꝙ sic.

† Donatarius si expendit aliquid pro luitione pignoris, an habeat regressum contra donantem. do. Pet. Phil. Cor. in consi. xlij. in litera C, in iij. parte.]

Donatarius potest repudiare hæreditatem in præiudicium substituti, cui debebat restitui post mortē donatarij. Bar. in l. si quis. ff. de ser. expor. & in l. qui Romæ. §. Flauius. de uer. oblį.

Donatarius occupans propria authoritate rem sibi donatam, non traditam, mortuo donatore, dicitur prę do quo ad alia, non tamen ut possit conueniri petitione hæreditatis. Bar. in §. si quis sciens. in l. etiā ff. de peti. hære.

† Donatarius tenetur naturaliter donatori ad remunerandum. l. sed si lege. §. consuluit. de peti. hæred. per Bart.

† Adde quod donatarius omnium bonorum tenetur ad debita, cum donatio omnium bonorum intelligatur deducto ære alieno. glo. & doc. in l. æris alieni. C. de donat.

Donatario datur condictio ex lege. Bal. in l. Et si mortis. C. ad legem Fal. per l. cum pater. §. Mæuio. de leg. ij.

Donatarius domus tenetur alere donatorem, domo destructa, uel exusta. Bal. in l. j. C. de iure emphy. quando donatio ei facta est cum conditione alendi: ut ibi. & Bar. Cep. in fin. uersi. j.

Donatarius male facit, si donat alteri rem sibi donatam, quia uidetur a se abdicare memoriam donatoris. Card. in cle. ij. §. excellentissimum. de reli. & ue ne. sanc.

Donec habet in se temporum reuolutionem, & intercapedinem: non tamen inducit conditionem perpetuo extensiuam. Old. doc. & Barto. in l. Titius. de excus. tut. Item importat modū. Flo. in l. iiij. in prin. ff. de serui. Item facit conditionem. Bal. in l. j. in prin. C. de leg. Item cōditionem extensiuam. Bar. in l. ambiguitates. C. de usuf. Itē est temporis limitatiua. Card. in cle. ij. §. j. de æta. & qua-

† lita. † Et Aret. in l. quod meo. de acqui. pos. & in l. si quis posthumum. §. si filium. de lib. & posthu. ubi plenius. & in l. si id, quod. §. quod autem. de acquir. pos. & Bal. in consi. xcix. ij. uolu. & Bal. in l. sed addes. ff. locati. & condu. & Signo. de Homo. in consi. xcvij.

† Donec quid significet. Barto. & Ioan. de Por. in l. centesimis. de uerb. obl. Bal. in l. fi. v j. q. C. de contra. emp. & Bar. in l. j. de cond. & demon. & in l. fin.

† de solu. † Et per Fran. Aret. in d. l. quod meo.]

† Dic quod ista dictio est temporis limitatiua, de qua per Chasse. in consuetu. Burgund. tit. des enfans de plusieurs lictz. §. v.

Dormiens an perdat possessionem. Bar. in l. si id, quod. in prin. de acqui. pos. & in l. si de ea. eo. tit. & in l. furtum. §. fundi. ff. de usucap.

Dormiens dicitur carere uoce, ex quo non intelligit quid loquatur. Bar. in l. sancimus. in prin. C. ad Tre.

Dormiens inter miseros ponendus est. Bald. in l. pen. C. de testa. mili.

Dormienti an currat tempus. Bald. in l. quādiu. C. qui admitti.

Dormienti si offendat alium, licet resistere cū moderamine inculpatæ tutelæ. Bart. in l. ut uim. de iusti. & iu. ij. col.

Dormiens pro homicidio qua pena puniatur. Flor. in §. si fornicarius. ff. ad legem Aquil.

Dormiens an, & quando teneantur de delicto commisso Bar. in l. pe. ff. de paric. Flo. in d. §. si fornicarius. ad leg. Aquil. in l. qui occidit. §. in hac eod. tit. Ang. Are in tract. male. uer. scienter. ult. colu. Car. cle. j. vj. q. de homi. dicit eum teneri, si est in culpa: quia sciebat hoc sibi euenire: & ideo debuit dormire solus.

Dormienti clerico auferens zonam, uel aliud, quod retineat clericus, non incidit in excommunicationē. Car. in cle. j. in prin. vij. q. de pœnis.

Dormiuit puer æstu, & itinere fessus. in Sp. annis quinquagintaseptem, & experrectus credens diem posteram miratus est mutationem rerum, & locorū. Plinius lib. vij. c. lij. Idem legitur inter uitas sanctorum, de septem iuuenibus tempore Decij Imperatoris, qui quingentis annis dormierunt.

Dormiens non tenetur de homicidio, uel mutilatione. cle. j. de homi.

Dormiēs æquiparatur furioso. c. maiores. in fi. de bap. gl. & Car. in cle. j. vj. q. de homi.

Dormiens non baptizatur, sicut nec furiosus: sed infans sic. d. c. maiores. & Car. ubi. s. vij. q.

Dormiens non dicitur peccare. gl. vj. di. testamentū.

Dos

Dos dicitur ius uniuersale. doct. & Bartho. in rub. sol. ma. & in l. si cum dotem §. fin. so. ma. & in l. fructus. eo. ti. ij. q. & in l. j. iij. co. de pecu. Bal. in l. j. C. de bo. mater. & in auth. ei, qui. de bo. auth. iudi. poss. & in l. cum in fundo. §. si fundus. de iure do. Ang. in l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quanti. profer. Butr. in c. Raynutius. de testa. ij. col. & in c. cum tuis. de usur. gloss. in l. quod dicitur. de impen. in re. do. fac. & in l. edita. C. de eden. & ibi † doc. & in l. j. ff. eo. tit. & j. † Et Bar. Soci. in d. rub. & in consi. clxxx. incip. diligenter. uer. confirmabam. ibi: nam dos. in ij. parte. & do. Pe. Phi. Cor. in consi. xlvij. inci. in hac. in litera B, & in consil. cij. inci. uisis. in litera I. & R, in ij. parte. ubi quod est quid uniuersale, quod potest per se recipere augmentum, & diminutionem, & non est quota hæreditatis.]

Dotis appellatione intelligit uera dos. l. fi. & ibi Bart. C. de fal. cau. adie. lega.

† Dos dicitur patrimonium uxoris do. Pet. Phi. Cor. in consi. xxvj. incipi. hæc consultatio. in litera H, in ij. parte. Et an censeatur patrimonium mulieris uiuente marito, uide per eum in consil. cxxvij. incip. quāuis. in prin. in iij. parte. & in consil. cccvuj. inci. uidetur. in litera E, eadem parte.

Dotalis res propriè est, quæ inestimata datur sed impropriè, si æstimata. Bal. in l. in rebus. iij. col. C. de iure dotium.

Dos dicitur, etiam quæ datur filiæ ingressæ monasterium. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. in fi. C. de condi. & demon.

Dos pro ingressu monasterij dari non potest c. nō satis. de simo. Bar. in consi. Narensis quidam. & in l. si ita quis. §. is, cui. de leg. ij.

Dotans tenetur de euictione, si inceptum sit a promissione, non si a traditione. l. j. & ibi Bar. C. de iure dotium.

Dotis priuilegia ponuntur. in l. j. so. ma. & ibi Bald. & docto. & in l. j. C. de priui. do. & infra eod. per discursum.

Dotis priuilegia non extenduntur ad bona paraphernalia. ī. uer. Bona paraphernalia. uer. pe.

Dos probatur etiam ex eo quod tempore diuisionis facta cum fratribus uiri, suus uir eam extraxit ante partem, iuxta. l. si filia. §. hoc amplius. ff. fa. er. secundum Bar. qui sic consuluit. & Ioan. de Pra. in l. quibus diebus. §. qui dotalem. de condi. & dem.

10 Dotis etiā restituendæ causa est priuilegiata. Car. in cle. ij. xxx. q. de iud.

Dos est in dominio uxoris. l. in rebus. §. j. de iur. do. l. doce ancillam. C. de rei uen. Sed constante matrimonio est in bonis mariti, secundum Bart. ubi. ī. sci licet quo ad onus reale. Bar. in l. neque. ff. de impen. in re. do. fac. & ī. eo. uer. xviij.

Dos dicitur titulus onerosus quo ad maritum, sed dicitur lucratiuus quo ad uxorem. l. omnes. & l. seq. de ac. & ob. Bar. in l. Mæuia. §. si fundus. so. ma. & in l. cum quidam. C. de iure do. & in l. pro onerib. eo. ti. & Bar. in l. ignoti. C. de reuo. his, quæ in frau. cre. Alexan. consi. lvj. iiij. parte. & in l. si donaturus. §. si quis. de condi. ob cau. & Ioan. de Imo. in l. fructus. sol. mat. Bar. in l. j. ff. pro dote. & in l. si fraudator. §. j. ff. de his, quæ in frau. cre. Quod est uerum, tā constante matrimonio quam soluto. gl. no. in l. si donaturus. in fin. ff. de cōdi. ob causam, nisi data sit ab extraneo. l. j. §. extraneum. C. de rei uxo. act. & Ang. in auth. de tri. & semi. §. illud quoque. Bart. in l. fi. §. si a socero. de his, quæ in frau. cre. & in suo cōsi. Dominicus Blasij. & in l. fi. §. j. C. de iure do. & in l. Mæuius. §. duobus. de leg. ij. no. in l. ex promissione. de † act. & obl. † Et per Fran. Are. in l. si quis pro eo. ff. mandati & dom. Ias. May. Inst. de act. §. item si quis num. 30.]

Dos in fraudem creditorum dari non potest, sed data reuocatur: non si sine fraude data est l. ij. & ibi Bar. C. de his, quæ in frau. credi.

Dos in fundo cum fructibus data non intelligitur deductis expensis. Ioan. de Imo. in l. fructus. in fi. ff. so. mat. arg. l. fructus. de rei uend. uide Bald. in d. l. fructus. so. ma.

† Dotis fructus percepti ante matrimonium augent dotem. ff. so. ma. si ante nuptias: ideo peti possunt iure actionis de dote. C. de sen. quæ sine cer. quanti. l. fi. & ibi Bal. de hoc uide gloss. no. in cap. salubriter. de usuris.

† Matrimonio constante nullam habet actionē uxor super dote, sed maritus tantū. C. de iure dot. l. ubi. no. Host. in cap. cum contingat. de iureiur. in princ.

† Dos debet esse libera, sicut matrimonium, cum ipsa dos sit accessoria ad matrimonium: ut gloss. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod me. causa. Abb. in c. Abbas. quod me. causa.

† Dotem constituere possunt curatores pro minoribus puellis maritandis, licet ipsi curatores sint dementes, uel furiosi. l. tam dementis. C. de episco. audien. Et idem si pater puellę est demens, uel furiosus, possunt ipsi curatores constituere dotem filiabus ipsius dementis. no. Ab. in c. Raynutius. de testa. in iij. col.

† Pro dote debet maritus satisdare, si uergat ad inopiam, ut est casus nota. in c. per nostras. de dona. inter uirum & uxo. & ibi Abbas.

† Dotis lucrum non est merum lucrum, nec confunditur, quia est aduentitium. Bal. in l. si donaturus. in §. si quis indebitum. ff. de condi. ob causam.

† Dotem extenuant fructus percepti per mulierem ex rebus uiri obligatis pro dote, non tamen compensantur cum quātitate, nisi sint consumpti: ut in l. diuortio. §. ob donationes. ff. so. ma.

† Dos recipit augmentum, quia est quoddam uniuersale. l. si ante nuptias. ff. so. ma.

† Stuprans uirginem tenetur dotare eam. Vnde non solum tenetur eam ducere sine dote, & ex proprijs bonis alere, iuxta no. in cap. per tuas. de do. post di. resti. sed etiam tenetur sibi constituere certam dotem, ut sic soluto matrimonio aliquo casu dos illa sic constituta redeat ad mulierem, & lucrifacit eam propter delictum uiri. Ab. in d. c. j. de adult.

† Ad dotem constituendam inspicitur cōsuetudo regionis,

gionis, quæ uariatur secundum dignitatem puellæ, & facultates ipsius. Ab. in d.c.j. de adul. in j.col.

† Dos maior requiritur post deflorationem, cum uirginitas sit secunda dos. Ab. in d.c.j. in j.col.

Dos est duplex, scilicet naturalis, & ciuilis, cui natura cooperatur. Item ciuilis tantum, scilicet putatiua, & fictitia. Dyn. in regula, locupletari. in vj. Bald. in l.j. iiij.col.so.ma.

Dos data in rebus, & in pecunia, in dubio præsumitur data in pecunia quatenus exigit qualitas personæ, & similiter in rebus. Bart. singu. in l. quæritur. §. lana. de leg. iij.

† Singu. Dos data a patre usurario filiæ suæ non potest post mortem usurarij repeti a creditoribus ipsius usurarij ab ipsa filia, seu a marito: & hoc quando quantitas est data in dotem. Si autem esset datus fundus extortus ex usuris, tunc nō potuisset dari in dotem, nisi cum sua causa: & ideo maritus tunc poterit conueniri tanquam quilibet possessor. Quod est singulare dictum, secūdum Ang. in l. Lucius Titius. uer. & ideo. ff. quibus mo. pig. uel hypo. so. ponit laté Fede. de Senis. in consil. lxiij. incip. quidam usurarius nihil habens in bonis, nisi, &c. Istud dictū refert pro singu. Hippol. de Marsi. sing. lxvij. dicens esse menti tenendū, quia modernis temporibus sæpe constituuntur dotes filiabus ex usuris, & rapinis, & q̄nque etiam ex bonis turpiori modo quæsitis.

† Dotis constitutio probatur per uerba enuntiatiua Dec. consi. cxxxv. colu. ij. uer. ij. ius quæsitum filiæ. tex. in l. ij. C. de dot. promis. Adde aliud speciale in dotem, quod ex pacto de dote danda inter tertios, acquiritur actio filiæ. Dec. consi. xxxv. in prin. Item si aliquis dat dotem pro filia, ipsa uidetur dedisse: ut dicit textus in l. ex morte. §. fin. ff. de pact. conuen. Dec. consil. xxxv. circa prin.

Dos non uenit in generali obligatione bonorum facta per maritum, uel uxorem alteri. Cy. Dy. Bal. & doc. in l. si constante. §. si maritus. ff. so. ma.

Dos dicitur esse in bonis mariti quo ad onus personale impositum pro rebus. Bar. in l. neq; ff. de impen. in re. do. fac. uide no. in l. doce. C. de res uend. & s. eo. uer. xj. & j. eo. uer. antep.

Dos data mulieri nō maturę est priuilegiata sicut dos data mulieri maturę. Bal. in l. fi. pen. col. C. qui po. in pig. hab.

20 Dos an probetur per confessionem de recepta dote facta a uiro in testamento. s. Confessis de recepto. uer. ij. & uer. Confessio mariti de dote recepta, per discursum.

Dotis causa est priuilegiata, ut dilationes breuientur, non tamen quod instantia minus duret: quia hoc esset odium. glo. ij. & in l. j. ff. so. ma.

Dos non uenit in diuisione societatis, sed debet ante omnia detrahi per eum, qui sustinet onera matrimonij. l. actione. §. fi. & ibi Bartho. cum l. sequē. pro soc. l. filia. §. hoc amplius. fam. ercisc. l. ij. C. eod. tit. Bald. in l. si patruus. C. communia utri. iudi. in Spe. de socie. alias, de iud. §. iiij. uer. quid si communione. & ibi Bal. in addi. uer. an si unus. & Pet. de Vbal. in tracta. socie. ix. parte. ult. quæstio. Bal. in consi. in Christi nomine amen. proponitur quod duo erant fratres, ubi dicit uerum, siue probatur uersa in communi, siue non, quando frater maior natu administrauit bona: nam præsumitur etiam recepisse dotem suo fratri minori datam, secundum do. Pet. ibi. & j. eo. uersi. lxxj.

Dos congrua dicitur, inspecta quātitate patrimonij, numero liberorum, & qualitate coniugum. Bald. in authen. res, quæ. iij. colum. C. communia de leg. & infra eo. uer. liij. & lvij. uidelicet inspecto tempore dotationis: ut ibi no. & Alex. consi. xxxv. iiij. parte.

† Et do. Pet. Phi. Cor. in consi. xlv. incipi. in litera T, † in ij. parte.] † Vide tex. in l. quæro. ff. de iure dot. Dec. consi. xxvj. colum. j. Adde quę dicatur dos cōpetens. Decium consi. clxxx. & laté consil. clxxxj. colum. ij. ubi dicit quod debet commensurari secundum quātitatem legitimæ: uide ibi laté. & Bal. in l. fi. C. de dot. promis.

† Dos congrua non debet arbitrari minus legitima. do. Pet. Phil. Cor. in consi. cxcv. inci. circa. in litera &, & sequen. in j. parte. & in consi. iij. incip. in præsenti. in litera A, & in consi. 100. incip. non caret. per totum. in iij. parte. Et an possit esse minus legitima, stante statuto quod filia sit contenta dote. Vide per eum in consi. lxxvij. inci. licet. per totum. & in cōsi. xcj. incip. quoniam. per totum. & in cōsi. cvij. incip. in hac. per totum. in ij parte. & usque ad quātitatē dos congrua arbitrari debeat. uide per eum in cōsi. ccxc. incip. ardua. in litera ꝯ, & ꝑ, & seq. in iij. parte. & in consi. j. incip. circa. in litera L, & M, in iij. parte. in consil. cclviij. incip. quāquam multa. §. eadem. in iiij. parte. Et do. Bart. Soci. in consil. clxxxij. inci. licet. uer. secundum est in secunda parte.]

Dotis causa est fauorabilior, quam cā alimentorū, uel saltem æque fauorabilis. Bal. in l. legatū. C. de cōd. inser. ubi uide. & j. eo. uer. cxij. & seq.

Dos non dicitur contractus mercātiæ: unde statutum de mercantia, non habet locum in dote. Bar. & doc. moder. in l. ij. in fi. ff. ubi pup. edu. deb. & in l. legatis seruis. in fi. prin. ff. de leg. iij.

Dotale prædium dicitur id, quod ex causa dotis est in dominio uiri. l. dotale. & ibi doct. & Barthol. cum gloss. ff. de fun. do. uide in Specu. de do. post diuor. resti. §. ij.

Dos dicitur quasi patrimonium filiæ. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. not. in l. iij. §. sed utrum. in fi. ff. de mino. gloss. in l. Lucius Titius. quibus mo. pig. so. Bald. in l. satis. C. qui. mo. pig. ta. contra. ubi dicit quod est proprium patrimonium mulieris, quando uir non est soluendo. & in l. si dotem. de fal. causa adiec. leg. & in l. quod scitis. pen. colu. de bo. quæ lib. uide Pau. de Cast. consi. cxxiij. in Sp. de instru. edi. §. xiij. uersi. sed super. de emp. & uend. §. iij. in l. quāuis. de iure doc.

Dos an præsumatur peruenisse tota ad patrem, uel ad filium, uel pro parte ad utrūque, si per instrumentū constet, solutā esse patri, & filio, cuius uxor est per Bal. in l. si cum dotem. §. trāsgrediamur. solu. matri.

ubi dicit præsumi perueniſſe pro dimidia ad utrũque:& ideo mortuo patre non poteſt filius repetere,niſi dimidiam. Quod etiam tenet ibi Ioan. de Imo.& Bald.in l.ſi conſtante.in princ.& ibi Cy.eo.tit. Lud.Pon.in d.§.transgrediamur.dicit ꝙ licet pecunia peruenerit ad unum tantum, tamen uterque remanet obligatus pro dimidia, per l.ſi non ſingulari.C.ſi cer.pe. Item dicit ibi Lud. ꝙ licet dos peruenerit ad unum ſolũ. tamen poteſt alter,qui nihil recepit conueniri, licet tempore, quo conuenitur, poteſt implorare officium iudicis, ut eius ſumptib. actio dirigatur contra alium, ad quem tota peruenit, per l.cum plures.§.ueſtimenta.ff.loca. & tenet Bart.in l.iij.§.fi.de duo.re.in ult.col. ſed ſi filius eſt mercator,& induſtrioſus.& pater non, uel contra, præſumitur tota pueniſſe ad induſtrioſum:& ſi uterque ſit paris qualitatis, præſumitur ad eum perueniſſe,ad quem pertinet onus matrimonij, puta ad patrem, arguendo a communiter accidentibus, ſecundum Bal. poſt Cy.in d.§.transgrediamur.& ibi Ang.& Lud.Pon.ſequuntur per l.inde queritur.ſo.ma.ſi tamen filius recipit dotem iuſſu patris,uterq; tenetur inſolidum.Bal.& Lud.ubi ſupra.

Dos data,uel promiſſa,præſumitur animo compẽſandi.l.uxorem.§.pater naturalis. & ibi Bar.de leg.iij. & Pau.de Ca.conſi.cxx.

30 Dotis cauſa agi poteſt tempore feriato. Bald.Ang. & Mod.in l.j.ff.ſo.ma.

† Dotis cauſa an ſummaria ſit, ita quod ſine ſtrepitu,& figura iudicij agitari poſſit: uide do. Pet.Phil. Cor.in conſi.clj.incip.circa.in litera G.]

Dos cõſtitui debet, & dari a patre filiæ.l.Pomponius. famil. erciſcun. & erit ea præcipua, etiam ſi poſtea inſtituatur hæres cum alijs filijs, ut ibi non tamen poſſunt ei aſſignari bona paraphernalia. Alexand.ibi.

Dos profectitia ex quibus conſtituatur.gl. & Bald.in l.auia.C.de iure dotium.

Dotis fauore probat plene inſtrumentum inter alias perſonas confectum:ut.j.uer. Inſtrumentum probat.uerſi.xviij.

Dos quando datur a marito, præſumitur ſimulata. gloſſ.in l.ſi uoluntate C.de do.promiſ.nec promiſſa a marito poteſt peti ab uxore, nec eius hæredibus ſolu.matrimo.ibidem. & per Ioan.de Por.in l.diuortio. in fi.ſolu. matri. niſi maritus ſit ignobilis, & uxor nobilis: quia dotando uidetur facere in recompenſationem nobilitatis.gl.Bar. & doc.in d.l.ſi uoluntate.

Dos datur pro oneribus matrimonij.l.dotis fructus. & l.pro oneribus. de iure dotium. Item fuit inuenta. & prima ratione, ſcilicet ut mulieres facilius inuenirent uiros. gloſſ. in l.obligamur.§.lege. de actio.& oblig. & Alexan conſi.xlviij.iiij.parte.

† Et dom.Mari.Soc. in conſil.ix. inci. proſequendo. uer.xvj.& in cõſi.xxv.inci.do.Fran.uer.ij.hoc probatur in j.parte.]

Dos pr us data debet priu s extrahi de patrimonio in diuiſione. Bald. in l.aſſiduis.iij.colum.C.qui po.in pig.hab.

Dos habet priuilegium hypothecæ, ut in bonis futuris præferatur alijs creditoribus.Bald.in l.fin.pen. col.C.qui po.in pig.hab.

Dotis priuilegia tranſeunt ad filios, non ad hæredes extraneos.Bal.in l.fi.C.qui poti.in pig.hab.

Dos an euinci poſſit marito. in l.quãuis.ff.de iure do. & in l.j.C.eo.tit.

40 Dos eſt priuilegiata, etiam in augmento ſuo. Ang. in authen. de æquali.do.§.aliud quoque. coll. vij. Quod uerum eſt in augmento uero, non in præſumptiuo, ſcilicet quod apparet per inſtrumentum, ſecundum Ang.ibi: in ulti.colu.& Pau.conſi.cccxcv. incip. quãquam multa copioſe. & ſupra Augmentum.uerſi.x.& fin.

Dos filiæfam.teſtantis ex forma ſtatuti, an ſit præcipua filij ſui,uel cõmunicanda, etiam eius cohæredi extraneo.Bal.in l.fi.v.col.C.cõmunia utri.iudi.

Dotans poteſt tẽpore promiſſionis ſtipulari ſibi, etiã non tempore traditionis.l.ex morte.per gl. & Bar. C.de pac.conuen.

Dos uxoris ſterilis eſt priuilegiata,ſicut fœminæ fecundæ.Bal.in l.aſsiduis.ij.colu.C.qui po. in pig. ha. & doc.in l.j.ff.ſolu.mat.

Dos a quo tempore habeat priuilegia ſua.Bald.in d.l. aſſiduis.iiij.col.qui po.in pig.hab.

Dotis conſtitutio ultra facultates non ualet.l.ſiue generalis. & ibi Bart.ff.de iure do.doc.in l.j.C.ſi aduer.do.

Dos an ueniat in fideicommiſſo, ad quod tenetur filia dotata & quæ ſit hæres inſtituta. Bald.quod non.in authen.res,quæ.iij.colu.C.communia de leg. & eſt tex.in l.a filia.in prin. & ibi Bart.ff.ad Treb. & in l. Lucius.§.filiam.per Bart.eo.tit. ubi dicit quod non quando mulier grauatur: ſecus ſi ipſa grauat aliũ. Pau.de Caſt.conſil. ciij. dicit quod uenit quatenus eſt ultra legitimam: uide plenius Ioan.And.in Spe. de inſtru.edi.§.xiij.uer.ſed ſuper forma.ante uer.uerũtamen. per Bar.in d.l.Lucius.§.maritus. & Bal. in l.cum uirum.ij.col.C.de fideicom. & in l. iubemus.j.colu.C.ad Treb. Quid ſi dos eſt legata uxori hæredi uiri.in l.qui uxori. & ibi Barth. de aur.& arg. leg.Et omnino per Alexand. conſil.xxxij.iiij. parte.ubi loquitur de prælegato pro augmento dotis facto filiæ, an ueniant in fidei commiſſo: quod ſic. Et idem tenet ibi, quando dos eſt debita uxori a teſtatore:non ſi a patre eſt data,uel promiſſa:quia tunc dicitur ęs alienum, & ideo non uenit in fideicommiſſo, per d.l.a filia.

Dos data filiæ per patrem præſumitur de bonis aui uiuentis patris ipſius dotantis. Alexand. conſil.xxx. iiij.parte.

Dotalium rerum dicitur donatio propter nuptias.ca. plerũque.cum gl.de dona.inter ui.& uxor. & in ca. ex parte.B.cum gl.de foro compe.

Dos an minuatur propter ſumptus factos in eius exactione.gloſſ.& doc.in l.j.ff.de impen.rer.& Bart.in l.Mæuio.§.fi.de leg.ij.Bald.in l.j.C.de bo.mater.& in l.iij.C.de fal.cau.adiec.lega.Item

Dos

50 Dos an minuatur in expensis necessarijs. in l. quod dicitur. de impens. do. in l. si is. §. quod dicitur. de iure do. in l. j. §. sed nec ob impēsas. C. de rei uxo. act.

Dos reuersa ad patrem quomodo diuidatur cum alijs bonis. tex. no. in l. fi. C. communia utri. iudi. & dicitur de patrimonio patris. Pau. consi. cxxiij.

Dos maxima dicitur de centum libris auri. in authen. de nup. §. hic itaque. & ibi Ang. Item

Dos magna uel parua dicitur, secundum qualitatem personarum. gloss. & Bald. in authen. quod locum C. de coll. Item.

Dos parua dicitur, quæ non sufficit ad uictum, & uestitum: alias dicitur magna, quæ sufficit. Bald. in authen. præterea. in fin. C. unde uir & uxor. alias est in arbitrio boni uiri. Bald. ibidem per authen. quod locum. de colla.

Dos non confunditur aditione hęreditatis relictę per uirum uxori. j. uer. Vxor.

Dos arbitranda per tertium debet arbitrari per iudicem, tertio non arbitrāte. Bal. in l. fi. C. de sen. quæ sine cer. quā. profe. & Alexand. in l. si quis arbitratu. v. colum. de uerbo. oblig. quod fauore dotis receditur a persona pro declaratione facienda. l. iij. C. de do. promis. l. cum post. §. gener. de iure dot. Bartho. in l. j. ff. solu. matri. ubi dicit idem in alimentis. Addo gloss. & Bald. in l. fin. C. de contrahen. emp. & infra uer. Dos promissa. uer. j. & iiij. & Pau. consi. cxxiij. ubi dicit uerum, si tota dos incerta fuit promissa arbitrio Titij: sed si fuit promissa dos certa, scilicet mille, & plus arbitrio Titij, Titio non arbitrante, promissio de pluri non ualet, nec tūc itur ad iudicem: ut ibi.

Dos debet dari filiæ secundum facultates patrimonij dotantis, & secundum conditionem personarum, scilicet dotantis & mariti. l. quæro. ff. de iur. do. l. filiæ. † & ibi Bar. de leg. iij. † Liuuta in patre dotante, quia tunc non cōsiderantur facultates patris. Dec. consi. xxvj. colu. prima. Adde quod dos & legitima non succedent loco alimentorum. Bald. in l. fi. C. de dot. promis. Vnde

Dos dari debet filiæ exclusæ per formam statuti propter masculum a successione, uidelicet modo prædicto arbitrio iudicis. Bartho. in d. l. filiæ. & Ang. in authen. de restit. & ea quæ pa. in fi. prin. non tamen minor, quam legitima. Alex. consil. lxix. j. parte. & j. uer. Filia dotata. uer. xlix.

Dos dicitur abesse, eo quod quis sustinet onera matrimonij l. Iulia. & ibi Bar. ff. mandati.

60 Dos est adeo priuilegiata, ut in dubio pro ea sit iudicandum. in Specu. de teste. §. postquam. uer. sed quid si. Item pro causa pia infra uer. Sententia in † causa ecclesiæ. uersi. x. † Et uide domi. Barth. Soci. in consi. ccxliiij. incip. uiso. uer. tertia ratio est. circa fi. in ij. parte.]

† Dos etiam metu constituta ualet cum ius fingat stipulationem dotis semper in matrimonio interuenisse: ut in l. si mulier. §. si dos. ff. quod me. causa & in l. unica. C. de rei ux. act. Abb. in cap. cum locum. de spon. in fi.

† Dotem licite constituit maritus uxori ex propria substantia, quando fit ante contractum matrimonij, post contractum tamen non ualet: ut not. in c. & si necesse. de dona. inter ui. & uxo. & ibi Ab.

† Dotem si constituit extraneus, & fuit stipulatus dotem sibi reddi soluto matrimonio, reuertitur dos, non ad mulierem, sed ad illum extraneum: ut in l. unica. §. accedit. de rei uxo. ac. Abb. in cap. fi. de do. inter ui. & uxo.

† Dotis causa, & doctorum, & scholarium concurrit in priuilegijs. no. Bar. in l. j. ff. solu. matri. tamen potior uidetur causa doctorum, & scholarium: quia in eis fauor publicus uersatur in communi, quia replet terram sapientibus: & etiam in particulari, cū quilibet potest eos audire, & addiscere: quod non est in dote. Abb. in c. fi. de iud. in fi.

† Dos assignari debet hospitali, sicut ecclesiæ. notat Innoc. in cap. cum ad sedem. de resti. spo. gl. in cap. cum sicut. de consecra. eccle. uel alta. & Abb. in cap. cum ad sedem. in prin.

Dos, & causa pia, æquiparantur. Bar. in l. ij. §. Titio. de don. & in l. si ego. in prin. §. j. de iure dot. & Bald. in l. j. in fi. C. de act. & oblig. & in l. mādatum. iiij. col. C. manda. & Alexan. in l. cum is. §. si mulier. de cōd. † indeb. † Et do. Pet. Phil. Cor. in consi. 50. inci. uidetur. in litera M, & in consi. clj. inci. circa per totum. in prima parte.]

Dos sine matrimonio non dicitur l. fi. C. de dona. ante nupt. Bal. in l. pactum. xx. q. C. de colla in Specu. † de pōsiti. §. vij. uersi. xv. † Et domi. Pet. Phil. Corn. in consi. ccxc. incip. ardua. in litera B. in iij. parte. Quod intellige, scilicet præsenti, uel præterito secundum do. Bartho. Soci. in consi. cxxj. inci. uiso. circa fi. iij. colum. & in consi. cxlvij. incip. uisa. uersi. sed his non obstantibus. circa medium. in j. parte. & in consi. xliiij. inci. in causa uertente. uer. capiendo etiā secundam. ibi nam ex quo ea parte prima.]

Dos debetur filiæ, etiam nolenti nubere, stante statuto quod filia sit contenta dote, & dotetur. Bal. in l. pactum. xx. q. C. de coll.

Dos an extenuetur per fructus perceptos ab uxore post mortem uiri de bonis uiri, in quibus ex testamento relicta est usufructuaria. Pau. de Cast. consil. ccclxxxv.

Dos succedit loco legitimę. l. quoniā nulla. C. de inof† fici. testam. † Et domi. Pet. Phil. Cor. in consil. 100. incip. non caret. per totum. in iij. parte. & domi. Bar. Soci. in consi. ccvij. incip. in causa dominæ Annæ. uer. quinimo etiam probata. in i. parte.]

Dos an succedat loco legitimæ, stante statuto quod filia dotata non succedat. Pau. de Cast. consil. cix. incip. super eo, de quo quæritur. quod non, illo casu, & in consi. sequenti, quod incipit, respondendo breuiter. & in consi. cxj. incip. super primo quæsito, in ij. col. & consi. cxxj. incip. si dicta Cornelia. & cōsil. cxxxiij. quod incip. licet ista domina. ulti. col. Addo Bal. & Cy. in l. sancimus. C. de nup. Item

Dos an possit constitui supra legitimam, stante dicto statuto. per Alex. consi. vij. in ij. parte.

Dos an sit pia causa.J.eod.&.J.Legatum pium.& supra eo.uersi.xlj.

Dos data nepti per patruum, an intelligatur de bonis patrui dotantis, an uero de bonis patris dotatę.Pa. de Cast.consi.cxviij.

70 Dos per iudicem constitui potest absente patre puellæ.l.profectitia.in prin.ff.de iure do.Bar.in l.j. iiij.colum.ff.solu.matri.Et hinc sumptum est statutum Cęsenæ.

Dos unius fratris an debeat tẽpore diuisionis detrahi de communi patrimonio. no. in l.si filia.§.hoc amplius. famil.erciscun. in Specu. de iudi.§.iiij.uersi. quid si communione. & ibi Bald. in addi. uer. an si unus.& in l.si patruus.C.communia utri. iudi. & in consi.duo fratres. & idem Bald in consil. in Christi nomine amen, proponitur quod duo erant fratres. Pet.de Vbal. in tracta. de socie.ix.parte. ulti. quæstio.quod de communi debet detrahi ante diuisionem. Quod est uerum, si præsumptiuè peruenit ad alterum fratrẽ, qui faciebat negotia domus: ut ibi,&.J.eo.uer.xxij.ubi plenè.

Dotis declaratio etiam mulieri committi potest. Bal. in l.fi.C.de sen.quæ sine cer.quan.prote.

Dos an dicatur esse in commercio.Bal.in l.iij.C.de iure dot.& in l.cum alienam.C.de leg.doc.in l.dotalem.de test.mil.

Dos si constituatur in fundo, intelligitur scilicet pro iure, quod constituens habet in eo,si certificauit recipientem de qualitate rei, & iuris sui: alias intelligitur scilicet pro iure proprio, & libero.Bal.sing.in rub.C.de contrahen.emp.vj.q.

Dotis contractus dicitur nominatus. Bal.in rubr.C.de re.permu.

Dos dissipata an iterum danda sit filiæ.J.uer.Filia dotata.uer.xxij.

Dos data per uxorem uiro requirit donationem propter nuptias dari uxori a uiro. authen.siue a me.& ibi Bald.C.ad Vell. ubi etiam dicit quod æqualitas seruanda est inter utrãque in quãtitate,& pactis de lucrando,& in dominio,sed non quo ad lucrum fructuum.in Spe.de dona.inter ui.& uxo.

Dos inofficiosa reuocatur, quatenus est data in fraudem filiorum, scilicet legitimæ.l.j.& ibi doc.& Bar. C.de inoffi.do.

Dotis contractus factus metu est ipso iure nullus.l.si mulier.§.si dos.& ibi Bar.ff.quod metus causa.& supra.uer.Cõtractus meticulosus.uer.v.& uerb.Contractus dotis.uer.j.

80 Dos data uxori a marito an dicatur donatio, & an possit reuocari, & an repeti soluto matrimo.Cyn. Bart.& Bald.in l.si uoluntate.C.de do.promi.Ia.de Are.in l.j.de don.ante nu.

Dos per statutum debita intelligitur, scilicet si nubat. & Pau.de Cast.consi.cxxix.

Dotem non recipere non est in potestate mariti. not. Ang.in l.j.ff.qui pot.in pig.hab.

Dotis instrumentum præsumitur prius, quam instrumentum fisci.Bal.in l.ad exactionem.C.de do.promis.& in l.dotis.C.de iure do. & Alexan.in l.etiam quæ.§.quod dicitur.de pig.

Dotis causa, & causa studij, æquiparantur, & utraque dicitur pia. Bartho. & Angel. in l.j.ff. soluto matrimo.Gui.de Cu. in l. sed Iulianus.§. quod dicitur.ad Mace. Alexan.in l.stipulatus.la grande.xij. col.de uerb.oblig.

Dos licet sit multum priuilegiata.l.j.ubi doct.ff.solu. matrimo.tamen hæreditas non potest per pactum dari, etiam in causam dotis: quia fauorabilior est causa liberi arbitrij in testatore, quam sit causa dotis.Ias.post Bal. & Sali. in l. pactũ quod dotali.in fi. C.de pac. ✠

Dos filiæ ingratæ data auferri non potest a patre, licet non data dari non debuerit.l.fi.& ibi Bald.C.de dot.promis.

Dos filiæ an sit obligata creditoribus patris usurarij pro restitutione usurarum. Bald.in l.rem, quam in fi.C.de iure do.

Dotis contractus est iuris gentium.l.tutelas.§.fi.& ibi Bar.ff.de capi. dimi.

Dotium fructus communicantur inter fratres stantes in communione.l.fundus. & ibi Bartho.in prin.ff. fami.ercisc.

Dotalia non præsumuntur bona filiæ tradita pro eius sustentatione l. tertia. & ibi Bald.C.ne uxor pro ma.

90 Dos est iusta causa alienationis bonorũ, quæ sunt prohibita alienari. Bartho. in l.j.C.si aduer. dot. per l.prædia.C.de præd. minor. & not. in authen. res, quæ.C.communia de leg.& Pau.consi.xiij.Sp. contra de emp.& uend.§.iij.

Dotis priuilegia an, & quæ transeant ad successorem uxoris quibus competat actio dotis. per Bart. in l.prima.ff.soluto matrimo.& in l.si dote. & ibi Dy.eo.tit.& in l.post dotem. penul.colum.eo.tit. ubi ponit an ad patrem uxoris repetentem dotem, sed an ad cessionarium filiæ in dote. Bald. in d.l. post dotem.

Dos facit uerba enuntiatiua inducere ueram probationem fauore dotis, & plenam.l.ij.de dot.promi.uel saltem semiplenam. Barthol. in consil. Titius & Seius. secundum Ludo. in sing.uer.Dos.uer. fauore dotis.

Dos dari potest, etiam de bonis alienari prohibitis per testatorem.Pau.de Cast. consil.xiij. in authen. res,quæ.& ibi doct.& Bald.C.communia.de leg.& supra uer.Dona.el.j.uer.lxix.

Dotem datam uxori a uiro quomodo probetur. Pau. in consi.clxxj.

Dos data,ueh.

Dotata filia non presumitur,nisi probetur. Bal.in aut. res quæ.ij.col.C.cõia de leg. & in l.iij.C.de sal. cã adie.leg.Quod uerũ,si apparet promissa: alias non præsumitur indotata, maximè si diu stetit cũ uiro, qui nõ præsumit duxisse uxorẽ indotatã, secũdum Bal.sing.in suo paruo cõsi.pro.N.diutius,&c. alias incipit, Titius promisit,&c.& per l.cũ quidam.§.j. de usur.& probatur in l.fi.ff.de his,quæ in frau. credi.contra in l.mulier.la ultima de iure dotium.

Dos

Dos consolidatur in filiam morte patris. Bal. in l.maximum.vj.colu.de lib. præte.l.j.§.uideamus. de rei uxo.act.

Dotans mulierem,& stipulans restitui eam soluto matrimonio sibi, aut mulieri superstiti, si ipse antequam mulier moriatur, uidetur donare. Bald.sing. in l.pe.ad fi.de uerb.signifi. per l.j.§. accedit.C.de rei uxo.act.Et si stipulatur sibi reddi soluto matrimonio non potest repetere in casu uergentiæ uiri ad inopiam: sed uxor tunc agit. infra Maritus uergens.uer.ix.

Dos etiam filiæ sterili dari potest de bonis fideicommisso subiectis.Bal.in auth.res,quæ.ij.col.C.cõmunia de leg.

100 Dos, & legitima, parificantur, nisi quia dos sub conditione legitimæ purè debetur. cõsi.cxxix.per Pau.de Cast.consi.cccxxxiij. & supra uer. Argumentum.uer.xxxiij.

Dos futura, seu constituenda, habet priuilegia, sicut dos constituta.Bal.in l.sicut. in fi.C.de act.& obli. per l.si ego.§.j.ff.de iure dotium.

Dos de bonis fidei commissarij dari potest, etiam per hæredem extraneum filiæ suæ. Bald.in authen.res, quæ.ij.col.C.communia.de lega.

Dotis rei duo constitui possunt,licet fideiussor nõ detur.l.fi.in fi.& ibi Bartol.C.de dote cau.non nume. & Bald.in addi.Specu.de dona.inter uirum,& uxo. uersi.ij.

Dos pro primo matrimonio data, præsumitur in secundo matrimonio repetita, licet de ea non sit facta mentio in contractu secundi matrimonij. Bart. in l.cum de in rem uerso.pen.colu.ff.de usur. per l. dotem.ff.de iure dot.& l.pen.§.uxor. solu. matri.l. diuus. & ibi Bartho. de iure dot. Quod est uerum, etiam si data fuit pro primo matrimonio inualido: quia in eius ualidatione censetur tacite repetita.l. si serua.& ibi Bar.ff.eo.tit.Item

Dos filiæ data a patre in primo matrimonio, debet ei dari etiam in secundo, non minor.in authen.sed quamuis.C.de rei uxo.act.Bart.in l.si socius pro filia.in fi.ff.pro soc.ubi dicit uerum,etiam de iure Digestorum: ut ibi. & tenet Bartho.in l. post dotem. solu.mat.& Bald.in authen.res, quæ.ij.col.C.communia de leg.Item uerum, etiam pro matrimonio spirituali,scilicet si monasterium ingrediatur. Ioan. And.in addi.Spec.ti.qui fil.sint leg.§.in hoc. in addi.quæ incipit,Martinus de Fano. & Ludo. Pon. in fin.uer dos.uer.dicit.authen.sed quamuis,&c.Item uerum, scilicet eadem,uel tantũdem.doc.ubi supra

† Pau.consi.cxxiij. † Vide do.Pet.Phil.Cor.in cõsil. cij.incip.uisis. per totum.in ij.parte. ubi an per secundam dotis promisionẽ uideatur recessum a prima promisione dotis, seu an per secundam donationem recedatur a prima:& an secunda dotis promissio augeat,uel minuat primam.]

Dos probatur eo, quod uxor contra creditores producit duo instrumenta,scilicet unum factum tempore nuptiarum,alterum factum diu post. Ioan. And.in addi.Specu.de dona.inter uirum, & uxo.§.fi.uer.fi ult. ubi dicit probari per primum instrumentum tantummodo.

Dotis appellatione uenit etiam pretium eius. Bart. in consi.domina P.

Dos est quoddam ius continens quod a muliere, uel eius patre,marito,uel eius patri traditũ est, uel pro tradito habitum, propter onera matrimonij sustinenda.Bar.in rub.ff.sol.mat.in ult. col. † Do.Bart. Soci. in consil.lviij.incipi.casus legis municipalis. uer.v.circa fi.in prima parte.]

Dos an transeat ad hæredes patris,etiã extraneos, cũ suo onere.Bar.in l.post dotem.x.col.sol.mat.

110 Dotandi onus an transeat ad hæredem extraneũ. Dy.& Bar.in l.insulam.in prin.ff.so.ma. & Bar.in l. post dotem.eo.tit.Dy.in l.si marito.eo. tit.& in l.si cut.§.fi.ff.quib.mo.pig.so.ꝙ sic.

Dos stipulata per uirum debet peti ab eo,uel eius hærede,non a muliere.l.si pro te.& ibi Bal.C.de dot. promis.

Dotis,& alimentorum causa, par est in fauore.Bar.in l.legatum.C.de condi.inser.Cy. in l.non omni.C. de admi.tut.imo dos habet maiorem fauorem: ut ibi,& supra eo.uer.xxiiij.Item

Dos,& alimẽta, æquipartur.gl.in l. ob ęs.C.de prędi.mi.& tenet Alex.in l.cum is.§.si mulier. de condi. & demon.& Bar.in l.ij.§.Titio.de do.& Bal.in l.sicut.ad fi.C.de act.& obli.& in l.mandatum.iij.col. C.manda.& Bart.in l.si ego.in princ. & §.j.de iure do.Quod est uerum, secundum Alex. ubi.s.quãdo utrũque legatur pauperi: alias enim dos non dicitur pia causa. Licet Bald.in l.j.xvj.colu.de sac.san. eccle.dicat simpliciter dotis relictum esse ad piam causam. & in d.§.si mulier. ubi infert legatum pro uirginibus maritandis dici pium, & non pati Falcidiam. Item Bar.in l.j.sol.ma.æquiparat dotem, &

† alimenta. † Et ꝑ Fran.Are.in l.si certis.C.de pac.]

Dos an sit in bonis patris. in Specu.de instrum.edi.§. cxiij.uer.sed super. & omnino per Paul. de Cast. consi.cxxiij.

Dos ob adulterium uxoris non perditur, si etiam uir fuit adulter.Pau.de Cast.consi.cxxvj.&.s.Adulterium.uer.xxxix.alias incipit Titius promisit,&c.

Dotalem fundum dicitur mulier naturaliter possidere. Item

Dotis causa perpetua est l.j.ff.so.ma.& in Spe.de emp. & uen.§.iij.

Dotalis fundi fructus arborum non sunt mariti, licet sit dominus fundi dotalis. in Specul. de locatio.§.primo.uersi. illud autem. ubi dicit uerum, nisi sint ceduæ.

Dos de re emphyteutica an constitui possit filiæ per emphyteutam sine consensu domini. Item

120 Dotatio est donatio.in Spe.de loca.§.vj.uers.cxj. & seq.&.j.Emphyteusis in dotem. per totũ. Quod est uerũ,si sit facta ab extraneo, nisi is stipuletur sibi reddi,uel matrimonium non sequatur.j.Donatio.præsumitur.uersi.viij.

Doti si præiudicetur dolo, uel negligentia mariti, an uir teneatur.in Spe.ubi supra.

Dotis augmentum si fiat, quomodo formetur instrumentum. in Spe. de dote post diuor. resti. §. ij.

Dotata filia si facit quietationem bonorum paternorum & maternorum, uide in Spe. ubi. s̄. & . j̄. uer. Filia dotata. uersi. xiiij. & uersic. lxvj. & uer. Quietatio. uersi. xij.

Dotandi onus pertinet ad patrem. l. fi. C. de dot. promi. & j̄. uer. Pater. Sed an ad auum supra uer. Auus. uer. ij. & iij. An ad matrem infra uer. Mater donare. per discursum. An ad fratrem. j̄. uer. Frater dota. uer. j. per discursum. & an ad hæredem obligati ad dotandum infra Hæres conuenitur. uer. xv. & xix.

Dotis dominium an sit pœnes uirum, uel uxorem. in Spe. de act. seu peti. §. ij. uer. hic quoque. & de loca. §. vj. uer. cxj. & seq. in l. doce. C. de rei uendi. in Sp. de loca. §. j. uer. illud. & supra eo. uer. xviij. de emp. & uen. §. iij. uer. sed pone uxor. & ibi Ioan. And. in addi. ubi sing.

Dotalis causa super fundo dotali mota contra uirum dicitur causa uxoris, & ad eam pertinet. l. de dic. §. j. & ibi glo. & Alex. qui sat. cog. in tantum quod sententia lata contra uirum nocet uxori scienti, etiam soluto matrimonio, secundum Alex. ibi: & ꝑ Bart. & doc. in l. sæpe. de re iud.

Dotatio est prohibita, quando & alienatio. in Spe. de emp. & uen. §. iij. cõtrarium no. in auth. res, quæ. C. communia de lega. & . s̄. eo. uer. xciij. ubi uide.

Dos putatiua non potest alienari. glo. fin. in l. dotalem. §. dotalem. uer. hæredis. ff. de fun. dota. secundum Pe. de Su. in l. j. C. de cond. ob cau. facit. l. si cum dotẽ. §. fi. sol. ma. & Ale. in l. interdũ. ff. de fundo dotali. & dicitur ciuilis tantum. Bal. in l. j ff. so. ma. iiij. col.

Dos putatiua habet priuilegia ueræ dotis, & hypothecæ. in bonis uiri. l. si cum dotem. §. fi. & doc. so. ma. Bald. & Pet. de Su. in l. j. C. de condi. ob cau. Et ideo.

Dotis putatiuæ instrumentum habet executionem paratam, sicut ueræ. Bald. in d. l. j. de condit. ob cau-
† sam. † Vide Fel. contra in c. j. de sponsa. in xiij. col. post prin. uer. secundo limita]

Dos putatiua perditur ob adulterium. s̄. uerbo Adulterium. uersi. xxxviij. & xliij.

Dos putatiua debetur marito ex pacto, uel statuto, si dotans fuit in dolo gloss. sing. in l. pen. ff. quod falso tuto. autho. Pet. de Su. in d. l. j. C. de condictio. ob causam.

Dos promissa ad arbitrium alterius contrahẽtis ualet quo non arbitrante debet dari arbitrio boni uiri: & peti potest etiam contracto matrimonio per actionem in factum l. quoties. de præscrip. uerb. Quod uerum est, secundum personarum conditionem. l. cum post. §. gener. & l. quæro. ff. de iure do. & dixi supra uer. Dos. el. j. uer. xxiij. & lvj. Sed quid si pars dotis est certa, pars incerta. s̄. uer. Dos. el. j. d. uers. v.

Dos promissa arbitrio mariti non potest peti, si ante arbitrium latum moriatur: secus si arbi. promittentis. Ioan. de Por. in l. si quis arbitratu. de uerb. obliga. & infra.

Dotis promissor post biennium tenetur ad usuras, & fructus. l. fi. §. fi. C. de iure dotium.

Dotis promissio incertę facta a patre, intelligitur pro qualitate personæ. l. quæro. de iure do. Sed facta ab extraneo uenit arbitrio iudicis declaranda. Io an. de Por. in l. ita stipulatus de uerb. obliga. & in l. si quis arbitratu. eod. tit. & in l. si cui annuum. de an. leg. Quod uerum, etiam si res incerta promittatur, secundum do. Bald. moder. in l. j. solu. mat. l. cũ post §. gener. de iure do. l. j. & iij. C. de do. promis. Bart. in q. quædam mulier. Item uerum, etiam si tota dos incerta promittatur: quia intelligitur arbitrio boni uiri. Sed si pars est certa, & pars non. uide supra uer. Dos. el. j. uersi. lj. Item uerum, etiam si promittatur pro incerta muliere. l. a Titio. in princ. & ibi doc. & Alex. de uerb. oblig. ubi etiam dicit post Pau. de Ca. ꝙ uidetur facta animo donandi.

Dotis promissio ad uoluntatem promittentis ualet. Ioan. de Por. in l. centesimis. de uerb. ob. & debetur etiam eo mortuo, quia moriens dicitur uelle. Bart. in l. post dotem. v. lectu. so. ma. Alex. in l. sita stipulatus. ij. de uerb. ob.

Dotis tantę, uel maioris. promissio facta uxori a uiro. an præsumatur scienter, uel ignoranter. Bal. in l. generaliter. de non nu. pe.

Dotis confessatę promissio facta per uirum an obliget. Bal. in l. pe. §. mulier. ff. so. ma.

Dos promissa, & soluta per negotiorum gestorem potest repeti, cum in ea non præsumatur animus donandi. Bal. fin. in l. cum post. §. j. ff. de admi. tu. & supra uer. Animus. uersic. xvij. & uer. Administrator. uer. lxxviij. & seq.

Dos promissa pro filia marito, debet peti per filia, nõ per maritum. Itẽ debet uendicari ab utroque, quando agitur ad eam per tertium. Dy. in l. seruo legato. §. si testator. in apostil. ff. de leg. j. sed ibi gl. & Ioan. de Imo. tenet contra per l. si pro te. de dot. promi. ubi casus. & gloss. & doc. Secus in legato. d. §. si testator.

10 Dotis cõfessatę promissio facta per uirum an obliget. Bal. in l. pe. §. mulier. ff. so. ma.

Dos promissa intelligitur sub conditione, si matrimonium sequatur. l. quod Seruius. ff. de condi. ob cau. l. fi. C. de don. ante nup. l. item quia. ff. de pac. l. stipu-
† latus. per Bar. ff. de iure dotium. † Et do. Pet. Phil. Cor. in consi. xlviij. incip. de pluribus. in litera O, & seq. in secunda parte.]

Dos tempore promissionis potest stipulari a promittente non tempore traditionis. l. ex more. per gl. & Bar. C. de pac. conuen.

Dotis promissio intelligitur pro matrimonio prima uice contracto, ne debeat expectari secundum matrimonium Bar. in l. si sponsalibus. ff. de iure dot. & l. dotis. eo. tit.

Dos promissa, soluto matrimonio peti nõ potest per uirum, qui esset eam restituturus. Ang. in auth. de nup. §. petens. co. iiij. Quod uerum est, nisi quatenus ex ea lucraretur per pactum, uel statutum. Barno. in

Dos legata

Editio fit officio iudicis,& cum causa.Bal.in l.j.col.j. C.de eden.l.ij.eo.ti.Bald. & doc.in l.j.§.officio.ff. de tute.& ra.di.Et si iudici non paretur datur actio in factum.Bar.in l.si quis.§.ex hoc.de eden.& in l. quædam.eo.ti.& in l.j.C.eo.ti. & infra eod. tribus proximis uersi.

Editio ut fiat, datur officium iudicis contra notariũ, & eius hæredem,etiam singulari successori. Bal. in l.instrumenta.C.de fideiuf.Item contra campsorẽ. Bal.ibidem.Bar.in l.j.C.de eden.

Editionem si iudex facere denegat,uel sibi facere, dicitur partem grauare. Inn.in c.interposita. de appellatio.

Editio si non fiat,agitur ad interesse, etiam contra iudicem.l.argentarius.§.fin.& ibi Barto.ff. de eden. Item contra partem non exhibentem.l.iij. de tab. exhiben.

Editio debet fieri iterum, quando prior fuit defectiua,secundum Bald.in l.fina.antepen. colum. C. de edẽ.& infra uerb. Notarius.edit.uer.xviij.& xxiiij. & j̃.eo.uer.xxx.

Editionis libellus quomodo formetur.in Spec. de instru.edi.

Editio libelli fit sumptibus actoris.Car. in Cle. sepe. xvij.quæst.de ueb.sign.per gloss.in §. uerum. & in cle.ij. de appel.

Editio instrumentorum fieri debet cum die, & consule.Bar.in l.j.§.j.ff.de eden.Sed.

Editio instrumentorũ alienorũ fit sine die,& consule, nisi pars uelit redarguere de falso.Bar.ibidem: ubi dicit hoc uerum,si sibi iuramentum deferatur, qui iuret se credere posse redarguere de falso circa diẽ & consulem,& tunc debet se subscribere ad pœnam talionis. Bar.ibidem, ubi dicit aliter non fieri editionem cum die & consule. Vide omnino per Ale. & omnino per Spe.de instru.edi.§. nunc uidendũ. uer.facienda. & infra.Instrumentum improbatur. uer.xi.Vide Bal.in l.cum quidam.iij.& iiij.not. C. de fide instr.qui dicit uerum in casu illius legis,nõ aliter: & quod tunc debet fieri editio cum die & cõsule, nec cogitur opponens de falso dicere, in qua parte uult arguere de falso, & quod debet se subscribere ad pœnam talionis in casu.d.l.fi. non alias. Contra Bar.qui loquitur indistincte. Vide Bart.in l.publicati.C.de test.Item uerum,si uolens reprobare prosequatur suã iniuriã,nõ si alterius.Bar.singu.in

gu.in l.tutor,qui repertorium. in prin. de admini. tut.& Ale.post Pa.de Ca in d.l.j. §.j.de eden. & s. copia.uer.xxiij.

20 Editio si petitur, ut deliberet, fieri debet sine die & consule, nisi cum deliberare non posset sine die & consule:quia tunc sibi datur,sed si ad intentioné fundandam petitur ab actore non fit editio, sed ad iuuandum sic, uel ad replicationem fundandam. Item reo ad exceptionem fundandam:ut ibi. & Alex.in d.l.j.§.j.de eden.& ibi in fi.& j.e.& Ang.in l.j.§.editiones.de edendo.

Editio ut fiat an procedatur summariè.Bal.in l.j.in fi. C.de eden. Bar.in l.procurator.e ti. dicit semper sine causæ cognitione fiendam esse omnium actorú, uel instrumentorum copiam.

Editio testamenti fieri debet cum die & consule hæredi scripto,& legatarijs,non exhæredato,nec legitimis nisi de mandato iudicis.Bal.in l.pe.C.quemad. test. aper.

Editio actorum fieri debet de mandato iudicis.Bald. in l.ij.C. de eden.

Editio actorum fieri debet, quæ facta sunt contra absentem,refectis expensis.Bald.in l.ij.ij.colu. C. de eden.

Editio priuilegiorum qualiter fiat.in Sp. de instr.edi. §.vj.uer.porro.

Editio quo iure petatur,plene per Abb.in c.j.de proba.& doc.in l.j.§.j.ff.de eden.& in l.fi.C.eo.tit. & s.eo.uer.xj.

Editio a notario debet fieri cum die & consule: & idé ab hærede notarii. Ange.& Alex.in l.j.§.primo.ff. de eden.

Editio actorum fit sumptibus petentis supra uer. Copia.uer.xvij.

Editio fit dando copiam instrumentorú productorú, non autem ipsa originalia, quæ debent remanere apud notarium actorum.gl.& doc.in l.ij.ff.de edé. & ibi Alex.in fi.& l.eos.§.super.& ibi gl.& Bar.C. de adop.c.cum personæ.de priuil.in vj.& c.quoniá contra.de prob.

30 Editio instruméti per notarium sepius fieri debet. Bal.in addi. Spe. de instru.edi. uersi. an notarius. l.fin & ibi Barto.ff.de bo.autho.iudi. poss. & supra eo.uer. xv.

Editio sententiæ an fieri debeat cum die, & consule. Bal.in l.ij.C.ut lite pen.& not.in l.ij. C. de eden. Editio attestationum cum qua die fiat, si una die iurauerint testes,altera deposuerint. Cal.in l.ij. C.ut lit.pen.

Editio instrumentorum, & aliorum productorum in iudicio, fieri potest etiam post litem contestatam. Bar.post gl.in l.j.§.edenda.ff. de eden.

Editio transactionis debet fieri per notarium creditorib.hæreditariis de mandato iudicis.Bar. in l.controuersia.in fi.ff.de trans.

Editio protocolli,uel publici instrumenti, fieri debet cum die,& consule,notario ut possit cedere alteri, si ipse amisit originale.Iac.But.& Bal.in l.fi.x.col. C. de eden.

Editio si fieri non potest propter difficultatem producendi de loco ad locum,ut quia sint in archiuo publico,uel sit periculum itineris, debet iudex mittere ad locum sufficientes personas, quæ uideant originale,& referant eius effectum.Bart. in l. prætor. §.fi.ff.de eden.

Editio cum petitur,debet iurari de calumnia.l. si quis ex argentariis.§.exigitur.ff.de eden.

Editio requirit subscriptionem fieri ab edente, nisi cum sit ad finem deliberádi an uelit cedere, uel cótendere.l.fin.& ibi doc. & Alexand.post Barto. ff. de eden.

Editio ut fiat,datur officium iudicis patri, uel domino,contra seruum,uel filium argentarium.in Sp.de offi.uica.§.ij.uer.sed an.

40 Editio instrumentorum,qualiter fiat,& de positionib.ad eam.in Sp.de posi.§.vij. uer. xiiij. & de instru.edi.§.v.per totum.

Edidisse non uidetur,qui in totum non edidit.in Spe. de instr.edi.§.xvij.uer. sed si omnia.

Editio qualiter petatur.in Sp.de instr.edi.per totum. & supra.

Editio quando fiat, uide infra prox. uersicu.

Editio debet fieri sepius,si prior fuit defectiua. s. uer. prox. uer. xv.

Edere an,& quando & quibus casib. oporteat, & quo tempore,& qua forma, & quando non:uide copiose,& no.Fel.in c.j.in iiij.col.circa fi.in uer.ul.nota. cum plu.seq.de prob.]

Editio instrumenti producti ante litis contestationé ad instructionem iudicis non debet edi ante litis contestationem, sed post, in termino probatorio. Spe.fin.de instru.edi.§.nunc dicamus.uer. sed pone appellans.& Bal.in l.j.§.j.& Ale.ibi in §.edenda.ff.de eden.& Io.An.in c.Romana.§. si uero. de appel.in vj.

Editio productorum in iudicio etiam post litem contestatam fieri potest.gl.& Bar. in l. j. §. edenda.ff. de eden.

Editio fieri debet notario,qui perdit protocollú.Bal. in l.fi.x.col.C.de edendo.

Editio instrumentorum hæredi a creditoribus fieri debet intra tempora inuentarii conficiendi.l. Aristo.& ibi Barto.allegat.l.non solum. ff. de iure deliberand.

Editio instrumentorum de debitis fieri debet per notarium,quando fit discussio bonorum.Bar.in l.fi.§. fi.ff.ad leg.Fal.

Editio instrumentorum, uel scripturæ authenticæ, de quibus fit mentio in libello, fieri debet ante litis contestationem ad deliberádum an reus cedat uel contendat, alias non tenetur reus respondere libello.Innoc.& doc.in cap.j.de proba.& do.de Rota.in deci.ij.alias. xxxvj. si in libello. in nouis.ubi dicitur uerum,si est in promptu Bart. in l.edita.C. de eden.dicit quod si in libello fit mentio de instrumento per modum assertionis pro bonis, ut Titius uendit mihi fundum pro decem,& de hoc patet

ret publico instrumento manu talis: & tunc reus potest esse certus ex ipso libello: quia non fit mentio instrumenti ad finem ut limitet, sed ut probet: tunc non debet edi. Si uero fiat mentio limitatiue, Titius uendidit mihi pro tanto, prout patet publico instrumento confecto a tali:& tunc si reus nó debet esse instructus ex illo, quia ad eum non pertinet & debet edi ante litis contestationem. & ita loquitur In. Sed si reus pót esse instructus de tali instrumento, ut quando legatarius petit legatum prout patet tali instrumento:tunc quia apud hæredem debet esse testamentum, non debet edi ante litis contestationem sed producetur in termino probatorio; secundum Barto. Sed Abb. in c. j. de proba. reprobat hanc limitationem, ut indistincte sit uerum dictum Inno. & uide Bal. in addi. Specu. de instru. edi. uer. ille, qui. & uer. dupliciter. Et dic uerú, si instrumenta sunt in promptu, secundum Inn. in d. c. j. do. de Rot. in deci. xxxiij. & Bar. in l. postquá. §. si dies ff. ut le. no. ca. & in l. ij. ff. de eden. Bal. in l. j. C. e. tit. & in l. fi. C. de preci. Impera. offe. & in l. ij. C. de edendo. & Fed. de Senis in con. clv. quod probatur iuramento, scilicet non esse in próptu, secundum doc. in d. c. j. & in Sp. de instr. edi. §. núc dicamus. & Io. Papin. in Sum. in titu. de peti. copie. uer. cum anno. & ibi dicit uerum, nisi in instrumento cessionis, & de appellatione, quæ post litem contestatam produci possunt. Sed dic uerum, quando ex cessione agitur utili actione: secus si directa: quia tunc debet ante litis contestationem edi. ut s. uersi. cessionarius. uer. xxxix. Item uerum, si instrumentum est asserentis: secus si alterius. Item secus, si est tale, quod pars debet habere apud se, uel habere præsumatur. l. ij. & ibi Barto. ff. de eden. Inno. in d. c. j. Bal. in Marg. uerbo, Notarius. uer. xij. Bar. in l. postquá. §. si dies. ut lega. nom. caue.

Editio a quo, & cui fiat, dixi supra uersic. j. & seq. & infra prox. uer.

Editio libri a magistro non fit discipulo. gl. & Alex. in l. argentarius. an prin. de eden.

Editio fit etiam tertio, cuius interest. Bar. & doc. in l. j. §. editiones. ff. de eden. quod interesse probatur iuramento. Ang. & Io. Pet. de Peru. in l. prætor. ff. eo. tit. Abb. in c. j. de prob. ubi dicit uerum, nisi contra fiscum petatur edi a tertio: uide etiam Alc. & Paul. in l. quædam. de eden.

Editio banni, & scripturarum omnium, quæ tendunt ad uindictam, fieri debet cuilibet: quia cuiuscunque largo modo interest. Sed.

Editio instrumentorum tutelæ, & inuentarij, nó fit eis quorum non interest. Bal. in rub. C. de fid. instrum. ij. col. ubi etiam dicit q talis editio fit sine testibus. & s. Copia. uer. xxij.

Editio debet fieri a sequestratione scripturarum notarij, si notarij, uel hæredis copia haberi non possit. s. uer. Sequester.

Editio excommunicationis fit ei, ad cuius instantiam emanauit. Bar. in l. j. §. j. ff. de eden. & per Bal. in l. fi. C. eo. Abb. in d. c. j. de prob.

Editio debet fieri a tutore, curatore, usurario, hærede que eius, a proxeneta, a procuratore, stationario, & mercatore. s. uer. j. per discursum.

Edere debet hæres conuentus legatario actori testamentum primo, quando protocolla notarij peruenerunt ad hæredem, uel quando testamentum originale scriptum manu testatoris sit apud hæredem; uel quando legatario sine culpa sua perijt probádi ius, uel facultas. Item & quádo legatarius edi petit ad suam intentionem per hæredem confessatá coadiuuandam. Alex. fin. in l. ij. ff. de eden.

10 Edere debet notarius accusandus de falso instrumétum cuilibet uoléti illud arguere de falso, secundú Bal. & Ale. in l. nec quisquá. ff. de eden. unde.

Editio fit a reo in criminibus: ut ibi.

Editio testamenti fit hæredi scripto, & legatariis, non exhæredatis, nec legitimis, nisi de mandato iudicis. Bal. in l. pe. C. quemadmo. test. aper.

Edi debet scriptura habenti interesse, alias iuratur in litem. s. Exhibitio. uer. xiiij.

Editio debet fieri ab eo, qui teneretur facere instrumentum. Bal. in l. plures. C. de fid. instr.

Editio a notario fieri non debet, nisi mandato iudicis. Bald. in l. ij. C. de eden. & supra uerbo Editio qualiter. uer. xj.

Editio actorum factorum contra absentem, fieri debet ei reuerso refectis tamen expensis. Bald. in l. ij. C. de eden.

Editio instrumentorum fieri debet etiam ab hærede, uel successore notarij. l. quædam. §. nihil. & ibi Bar. ff. de eden.

Editio actorum primæ causæ fieri debet iudici ad qué a iudice a quo, uel ab appellato. glo. & Barto. in l. ij. C. de eden.

Editio per emphyteutá, uel feudatariú domino, & ecótra an fiat. s. uer. Editio. de quibus fiat. uersi. xxxiij. cum duob. seq. & uer. xxxix.

10 Editio instrumentorum ab hærede fieri debet, nisi iuret se non habere. Bal. in c. uasallus. j. ad fin. si de feu. fuerit contro.

Edere non tenetur legatarius petens legatum hæredi, licet de testamento faciat mentionem in libello. l. si legatú. & ibi doc. & Ale. ff. de eden. sed codicillos sic. Bal. Ang. & Ale. in d. l. si legatum.

Editio librorum filij debet fieri et a patre, qui posuit filium ad aliquod officiú. Pa. de Ca. & Alc. in l. prætor. §. j. de eden.

Edere actori an cogatur reus ex officio iudicis, Ab. in c. j. de prob. q sic. post Inn. ibi, si magna æquitas moueat: ut quia originalia sint perdita.

† Edere scripturas actor, & reus quilibet in iudicio familiæ erciscundæ tenetur ad fundandam intentionem alterius. do. Bar. Soc. in con. clxij. incip. considerata. uer. secunda ratio. cum uersi. seq. in ij. parte. & Fran. Arc. in l. j. C. de eden.]

Editio an fiat fisco in causa criminali ad fundádam intentionem. Ale. consi. redéptoris, &c. uisa facti. post consi. cxxxj. prima parte.

Editio actori a reo regulariter fieri non debet.l.qui ac cusare.C.de eden.nisi fauore fisci.l.nec quisquã. ff. e.& Abb.in c. j. de prob.non tamen emptori gabel larum fiscalium.secundũ Ale.contra Bal.in d.l.nec quisquam.per no in l.licitatio.§.fi. de pub.Item ni si rõe officii,quod habet reus,ut quia sit hæres notarii.l.argentarius.in prin.& l.quædam. §. nihil.& ibi Bar.ff.e.tit.Itẽ nisi reus conueniatur ut quilibet possessor.l.prætor.§.sed si seruus.ff.e.ti.Itẽ nisi reus ipsis instrumentis utatur.glo. in l.j.in fin. eod. titu. Item nisi reus sit usurarius.cle.j.de usur. Bar.Bal.in l.j.C.de eden.Bal.in l.quædam.in prin.ff.eo.Ang. in l.j.§.edenda.e.tit.ubi idem dicit in hærede eius, qui præsumitur habere librum apud se, & tenetur edere:dicit uerum, etiam si desijt excercere usuras. Bar.& Alex.in l.prætor.§.etiam.e.tit. & j. Vsurarius.uersi.xlv. Item uerum nisi usurarius restituerit usuras,quia non tenetur edere.Bal.in rub.C. de usu ris.ij.q.& Ale.in d.§.is etiam. Item nisi reus exerceat artem,& cõsuetus sit scribere data, & accepta. Iac.But.in l.j.C.e.tit.Quod uerum, si liberum reti neatur in publico : secus si clã:uel nisi sit memoriale,quod retineatur in capsa, secũdum Ioannem Pe. in d.l.fi.eo.tit.Item nisi in foro conscientiæ ratione peccati euitandi. Abb.in ca.j.de prob.post Ant. de But.& Io.Pet.in d.l.fin.Item nisi de protocollo, ut fiat comparatio literarum ad publicum instrumentum. Bald. ibidem , nisi ad intentionem coadiuuandam.Bald.Bart.& docto.& ibi Barto.in l.qui concubinam.§.ij.& in l.prædiu.§.Titia.de lega.iij. Item nisi ad replicandum , quando reo fit editio ad excipiendum.Bal.in d.l.fin.iiij.q.§.fin.ff. ad legem Fal.ubi reus edit actori ad replicandum , uel replicationem fundandam.Item nisi sit usurus certis instrumentis.de quibus in iudicio fecerit mentionem docto.in d.l.fin.& l.prima.C.eo titu.& gloss.in l.j. ff.eod.Item nisi ex natura præcedentis contractus, l.quædam.in princip.eod.titu.& l.si procurator.in prin.ff. mandati . Item nisi ex natura quasi contractus præcedentis.l.j.§. officio. de tu. & ra. di.Item nisi scriptura facta fuerit de mandato petentis sibi edi.Bal.& Fran.in d.l.fin. Item nisi ad probandum errorem calculi.Ang.in l.j.C.de erro. cal. Fran. in d.l.fin. Item nisi in causa matrimoniali , & in causa ecclesiæ,& in causa dotis, & in causa pia, in quibus omnibus reus tenetur edere actori , secundum Abb.50.distin.cap.primo.ubi plene:quæ uera dicit esse si notarii copia haberi non potest:alias ipse ade undus pro instrumentis,& non reus , non in criminali.ibidem.

Editio fieri non debet,nisi petatur.Alex.in §.duo fratres.xj.charta. de uerb.signi.

Editio reo ab actore ad iuuandam & declarandam replicationem fieri debet.Bar.& doc.in d.l.fi.licet ibi Raph. & Fran.contra , nisi de nominibus testium, uel notarii.l.non ex omnibus.ff.de arbi.Bald in d.l. fi.iij.q.gl.& Bar.in l.j.§.j. e. ti. Item nisi de instrumento excommunicationis, uel exceptionis criminosæ.Bal.ibidem.& Bar.in d.§.j. Item.

Editio instrumenti solutionis fieri dẽt reo,non tamen diei obligationis , ad fundandam præscriptionem. Bal.in l.instrumenta.C.de fideius.

Editio sententiæ fieri debet ab appellato. supra uersi. Appellans.

30 Editio debet fieri a notario cuicunque creditori misso in tenutam bonorum debitoris , uel habenti hypothecam in eis.Bar.in l.fi.de bo.aut. iudic. pos. & in l.si quis.§.pertinere.ff.de eden.per Bar.in l.ij. in prin.ff.de iure deli.& j.Notarius.edit.

Editio debet fieri etiam a tertio habente acta faciẽtia ad causam.Bar.in l.ij.C.de eden.& ibi Ale.in l.prætor.in prin.ff.eo.Alex.in d.l. prætor dicit post glo. in l.in fraudẽ. §.neque.de iure fisc. quod tertius uolens potest edere litigantibus,sed non cogitur edere instrumenta,sed acta iudicij sic,& Ale.in l. quædam.in prin.de eden.

Editio fieri debet etiam per patrem , uel dominum. Bar.in l.fi.ff.de eden.& l.prætor.in prin.e.tit. & j. eo.uer. xix.

Editionis effectus est.ut instrumentum probet etiam contra edentem , licet præcedat protestatio quatenus prosit edenti.Barto.in l.j.C.ut quæ desi.aduo. Pau.in l.j.§. editiones.de eden.in Sp. de instr. edi. §.uidendum. uer.quid si aliquis.& uer.quid si producitur. Quod uerum,si fit editio iudici in iudicio, non si in camera,quæ etiam sine protestatione contra eũ probat. Pau.ibidem.Vide Car.in cle.j.v.q. de usuris.& j.instrumentum producitur.uer.xxxiij. & xxiij.

Editio rationum facta hæredi non arguit aditionem, l.Aristo.& ibi Bar.de acq.hær.

Editio quam probationem faciat.Bald.in l.prima. C. de eden.

Editio si non fiat, non potest uti instrumento non edito.Bal.in l.j.C. de fur.

Editio si recusetur,resultat confessio.Bar.in l.si prius. de ope.no.nun.

Editio si non fiat agitur ad interesse : ut j.Hoc uerum nisi potuisset aliter probare. j. Notarius edit.uersi. xxxiij.& in l.si quis.§.ex hoc.de eden.Item instrumentorum uires eneruantur.Bal.in l.si quando. C. de testi.& in l.fi.C.qui admit.& in Marg.uersi.Instrumentum.iij.q.ix.charta.

† *Aedium appellatione uenit etiam* tinctorium pannorum . Flo.in l. si quis fumo.ff.ad leg.Aqui.]

† *Aedes,& domus,differunt* quia oẽ ædificium dicitur domus. Sed ædes dicuntur omne ædificium.Barto.in l.j.§.deinde.ff.de cloa.ubi uide appellatione edium quid contineatur , quia omne ædificium.& tenet do.Flor.in l.quidam Iberus . ff. de ser.urb.præd. ubi etiam dicit ꝙ uenit porticus.& Pa.de Ca.in con.xlj. ꝙ uenit domus, non econtra. Item torcular.Bar.in l.qui ædes.ff.de incen.rui.nau fra.Sed tex.in l.si domus.in prin.de le.j.promiscue utitur uerbo Domus.& uerbo Aedes .

Effectus

Effectus magis, quam uerba attenditur Inno. in cap. primo. de biga. & Bal. in Mar. uersicu. Effectus.

Effectus magis inspicitur, quã modus. l. iij. & ibi Bal. C. de inst. & subst. l. quoties. §. si quis nomen. & ibi Io. de Imo. ff. de hær. inst. Item quã origo. Bal. in l. humanitatis. iij. oppo. C. de impu. & ali. subst.

✠ Effectus potius, quam modus considerandus est. c. quia tantum. de simoni. c. certum. de reg. iur. in vj. Bar. Bald. Pau. de Cast. in l. Fraus. ff. de legib. Doct. in l. non dubium. C. de legib. Iacob. Phil. Port. Imo. co. cj. nu. 28. Ae. Mar. Man.

✠ Effectus plerunque perpenditur, modus uero negligitur. l. iij. C. de Inst. l. fraus. & ibi. Dy. Bar. & Bald. ff. de legibus. l. mulier. ff. ad S. C. Treb. Doc. in cap. quanto de priuileg. gl. & Archidiacon. in c. plerique xiiij. q. iij. Iacob. Philip. Port. Imol. co. xxj. nu. 60. Ae. Mar. Ma.

✠ Effectum potius, quam modum lex considerat. c. in tantum. de simoni. Dyn. in c. fin. de reg. iur. in vj. do cto. in l. fraus. ff. de legib. l. iij. in extre. C. de natur. lib. Iac. Phil. Port Imol. co. j. nu. 12. co. vij. num. 34. co. clv. nu. 5. Ae. Mar. Man.

Effectus cessat cessante causa. c. cum cessante. de ap. in Sp. de resti. in integ. §. ij. uer. sed cum.

Effectus cessat, cessante una de pluribus causis inductis ad productionem ipsius effectus. in auth. de instru. cau. & fide. §. fi. uer. ex utroque. & in §. sed & si quis & §. si uero nullus, Bal. in l. j. ff. de condi. inde. in uer sic. do tibi talem. Sed contra infra uer. Ratio legis. uer. xx. & supra uer. Causa finalis. uer. pe. & per Bar. in l. generaliter. de epis. & cle. & Bar. in l. liberorum de infantibus. & in extrauaganti, ad reprimendum. uer. nec ex eorum.

† Effectus quilibet ampliatur, & restringitur a sua cã finali. do. Bar. Soc. in con. clxv. incip uisis. uer. secundo probatur quilibet. in secunda parte.]

Effectus debet attendi in condemnationibus. in Sp. de exe. sen. §. ij. uer. quid ergo.

† Effectus rerũ ex causis colligitur. Socin. con. xxiiij. col. iiij. in fi. uol. j.

Effectus in uerbis est subaudiendus. in Spe. de appe. §. x. iuxta fin.

Effectus, etiam modicus quandoq; facit omitti quod alias fieri non deberet. in Sp. de lib. ob. §. z. uer. sed nunquid dandus.

Effectus inspicitur. in Sp. de calum. ad fi.

✠ Duo inter se contraria, & diuersa una, & eadem res efficere non debet. l. Lucius. la. j. l. De sponsaliorũ. §. fi. ff. deposit. Maria. Soc. in rub. ff. de uer. ob. num. 217. Ae. Mar. Ma.

† Effectus quando lex, uel statutum disponit de causa nihil dicendo de effectu, uidetur disponere de effectu inseparabili immediato non de mediato. Bart. Cep. in con. ij. in ij. col.]

Effusio sanguinis quæ dicatur. Inno. & glo. in c. cum illorum. de sen. excom. & ibi glo. xvj. q. j. reuertimini. quod dicitur magna, non parua: ut ibi. & Ang. Are. in trac. malef. uer. Sanguis. & j. uer. Statutum de sanguine. & uer. Sanguis. uer. j.

† Adde quòd effusio sanguinis non semper est enormis percussio: nam quandoque multum sanguinis procedit ex leui percussione puta, percussio est facta in naso: nam de facili exit multũ sanguinis. Consideremus ergo mentem constitutionis. & non corticem. j. q. j. Marcion. sicut põt esse enormis lesio sine effusione sanguinis: ut no. in c. unico. de conse. eccl. uel alta. lib. vj. Ab. in c. cum illorum. post gl. in uerbo, effusionis. de sent. exc. tamen de sui natura denotat uerbum effusionis abundantiam. xvj. q. j. reuertimini. Ita dixit gl. fin. in d. c. cum illorum. in uerbo Effusionem. quam alibi dixit Lud. Ro. esse pro statutis summopere notandam.

Effundo, uerbum est denotans largitatem. Car. in cle. † ij. §. si de lect. † Et per Fel. in d. c. cum illorum. in fi. iij. col.

Egere Nota quod iudex in condemnando debet aduertere ne reus egeat. in Sp. de off. om. iu. §. v. de beneficio quod quis teneatur quatenus facere possit: ne egeat, cui competat: & an ei possit renuntiari: uide in Spec. de renun. & conclu. uer. item beneficium. & infra uer. Priuilegium quatenus facere potest. per totum. & supra uer. Debitor pauper per discursum.

Egregiæ personæ dicuntur episcopus, doctor & personæ in dignitate constitutæ. l. ad egregias. & ibi glo. & doct. ff. de iureiu. Item clericus: præsbyter, & diaconus, ad quos debet mitti iuramentum ad domum. in Spec. de teste. §. iiij. uer. quid de præsbytero. xxj. di. cleros. doct. post gloss. in d. l. ad egregias. Item senes, & familia doctorum. not. in l. ad egregias. Item auditores Rotę secundum eos in deci. lxxxvij. Item aduocati. Barto. in l. prima. C. de aduo. di. iud. Item pauper, & uerecundus. in cap. si qui testium. de testi. secundum do. Ro. & Lud. Pon. in sing. uer. nunquid priuilegio Item infirmi. & debiles. d. c. si quis testiũ. ubi dicitur de senibus.

Egregiæ pesonæ non coguntur ire ad iudicem, sed eis debet notarius mitti ad domum, qui iuramentum deferat. l. ad egregias. & ibi Bar. ff. de iniur. ubi Bar. subdit qđ debet iudex partem monere ut adsit dominus partis ad uidendum protestare iuramentum. nisi sit mulier. quæ etiam parte absente põt iurare: ut ibi per Bar. quod no. & Ale. qui refert Ab. Sicu. † in c. si quis testium. de testi. aliter tenentem. † Et per Fel. in c. si qui testium. de te.

† Istud tenet Lud. Ro. notabili. cccxcix.

Egregiæ personæ non possunt renuntiare priuilegio. l. ad egregias. ut in c. ij. uer. cæterum. de iud. Ioa. de Pra. & do. in d. l. ad egregias. Cy. in l. nec honore. de epis. & cle. Lud. in sing. uer. Renuntiari non potest.

† Et per Fel. in c. si qui testium. de test.]

Egregiæ personæ ad testificandum debent ire ad iudicem, si causa est criminalis, nec tunc dẽt eis mitti ad domũ. quia d. l. ad egregias. non habet locum, cũ in crimi-

criminalib. examinatio non cõmittatur. Io. An. & Bu. & Host. in c. significauit, de of. ord. & est gl. no. in c. j. de test. co. uide gl. iij. q. ix. testes. no. in ca. cum causa. de testi. in c. constitutus, de procu. Ioan. And. in c. Romana. §. contrahentes. de re iu. in l. iij. §. diuus. ff. de test. Lud. in fin. uerb. egregia. uersi. de † persona. & Ale. in d. l. ad egregias. † Et per Feli. in c. qui si testium. de testa.]

Electio non cadit in iurisdictione necessaria, sicut nec repudiatio. Bal. in l. j. in fin. C. de fur. Inno. in cap. cum ex officij. de præscrip.

Electio facta per præparatorium factum. Bar. in l. fin. codicillis.

Electio cadit inter plura. Bal. in l. j. v. col. C. de fur.

Electiõ habet uim repudiationis. & cetera consumit. Bald. in l. j. v. col. C. de fur. per l. is, qui Stichum. de procu.

Electionis beneficium non tollitur facultate erroneæ solutionis. l. si quis seruum. & ibi Bald. C. de cond. indeb.

Electio bis fieri potest, non pluries. Bar. in l. eum, qui certarum. iij. co. ff. de uerbo. oblig. Io. de Por. in l. si insulam. eo. tit. & in l. quicquid astringendæ. eod. ti. Io. de Pra. in l. si is, qui. in fi. ff. de proc. l. huiusmodi. §. Stichum. de leg. j. uersi. Variatio. uer. v. & per discursum. Item

Electio, quæ trahit secum executionem, uariari non potest per l. apud Aufidium. & ibi Barto. de opt. le. & in l. si is, cui. de legat. ij. ubi dicit uerum, siue executio sit iuris, siue facti & infra uersicu. Electio semel facta.

Electio maxime summi pontificis, debet fieri sine mora. in cle. ij. & ibi Car. de elec.

Electionis appellatione non uenit prouisio, uel postulatio. cle. ij. & ibi Car. de iudi. & melius in cle. j. §. j. de præbend. & ibi no. de mandato ad prouidendũ alicui de aliqua dignitate in ecclesia certa, quod nõ habet locum in dignitate unica, & principali illius † ecclesiæ. † Et per Feli. in c. in nostra. de resc. collora. xxxij. in fi.]

Eligendi iuris priuatio est pęna. Card. in cle. j. in prin. de iure patro.

Electionis causa qualiter sit summaria, & quando. 7. Causa summaria. per discursum.

Electio ut ualeat, quinque requiruntur, scilicet eã ualida, habilitas, eligentis deliberatio, habilitas electi, & actus eligendi, secundum Bar. post glo. in l. serui electiona. in prin. de leg. j.

Electio geminata ualet. Bal. in trac. schismat. in xviij. colum.

Electio commissa ad tempus, nõ põt fieri post tẽpus, uel ante l. cum pater. §. a filia. & ibi Bar. de leg. ij.

Electio mala est in culpa. in Sp. de executore. uersi. est autem de salar. §. iiij. uer. quid si reus. l. ij. si mẽ. falmo di. Bar. in l. si soluturus. de sol. & gl. ord. in l. uideamus. in prin. locati.]

Electio a quibus fiat, uide infra uer. loquent.

Electio a semetipso de seipso non ualet. l. plane. & ibi doc. post glo. ff. quod cuius. uni. no. l. si mandauero. §. si tibi. & ibi Bart ff. mandati. l. non uere. ex quib. cau. ma. & l. miles. §. primo. & l. si cui. §. j. & Alber. de Ros. in opere statutorum. q. clxxiiij. Quod est uerum. nisi pluribus competat electio: quia potest unus eligere se simul cum aliis seipsum coeligentibus, non si uni tantum Barto. & Alexand. in l. si consul. in fin. ff. de adopt. & in d. l. plane. & dixi in tract. de episcopo. j. lib. iij. parte principali. glo. & Sicu. in d. c. consuluit. de iure pa. & in c. per uestras. eod. tit.

† Adde tamen quod Ioan. xxij. seipsum in papam elegit, ut refert Ant. in Chron. Et est electio consulta affectatio eorum, quæ in nobis sunt secundũ Arist. lib. iij. Ethico & dicitur Græce. αἵρεσις.

Electio ad superiorem deuoluta fieri debet ab eo cum eisdem qualitatibus cum quibus fieri debet a principio. gl. in cle. quia regulares. uer. Monasteriũ. de sup. neg. præla. Io. And. in regula, contra eum. in Mercu. in vj.

Electio est rei an opponat exceptionẽ in scriptis, uel sine. l. scire. §. scire. & ibi Nic. de Neap. ff. de exc. tu. ubi dicit esse sin.

Electio est debitoris, quando debetur genus. gl. in l. cõprehensum. de contrah. emp. no. in l. plerunq;. in fi. ff. de iure dotium. & sic.

Electio in alternatiuis rerum est debitoris. d. l. plerunque. & in l. si quis seruum & ibi Bal. C. de cond. inde. & j. e. uer. xvj.

Electio est petitoris, quando promissio facta est generalis & indefinitiua. Bar. & Flo. in l. sicut. ff. de seruitut.

Electio in alternatiuis remediorum est creditoris. Barto. in l. ubi pactum. C. de trans. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. Iac. & Bald. in l. j. C. si ser. extero. Idem Bal. in c. ad hæc. pe. col. de pa. iur. fir. dicit quod.

Electio in alternatiuis præstationibus est debitoris, ut ibi, nisi fauore ultimæ uoluntatis. per l. Lucio. de leg. ij. Sed

Electio in alternatiua petitionis est actoris. d. l. quod in hæredem. §. eligere. de tributoria. secundũ Bald. in d. §. ad hæc.

Electio in alternatiua implorandæ iurisdictionis est actoris, nisi ratione priuilegij, puta scholastici. authen. habita. C. ne fil. pro pa. Bal. in d. c. ad hæc. penul. col.

Electio an quis agat, uel excipiat, est eius, cui agere, uel excipere conceditur. Bald. in d. §. ad hæc. per l. Præscripto. §. si pacto. ff. de pac.

Electio quãdo cadit inter obsequia, est & ius dicẽtis. ff de oper. liber. l. cum patronus. Bal. in d. c. ad hæc.

Electio inter obsequium, & aliam pecuniariam persecutionem, est debitoris, nisi propter necessitatẽ domini. no. in l. j. C. de oper. lib. secundum Bal. in d. §. ad hæc. pe. col.

Electio est Debitoris in alternatiua, quæ cadit inter duo quorum utrunq; est in obligatione, & solutione.

ne: secus si apponatur ad cautelam creditoris.l.quã uis.& ibi Alex.post Bar.ff.de pig.ac.

Electio in alternatiuis rerum est debitoris.Sed

Electio in alternatiuis actionum est creditoris.Bar.in l.j.iij.col.ff.de ac.em.& s.e.uer.vj.

Electio est creditoris an uelit dari sibi in solutum rem meliorem pro quantitate sibi debita.aut.nisi debitor.& ibi Bal.C.de sol.& Bar.in l.iij.ul.q. ij. principalis.C. de pignorib. & in l. Moschis.de iur.fisc. & Ale.post Bar.in l.ij.§ j.si cer.pe. nisi sit creditor ecclesiæ,qui non eligit, sed cogitur recipere rem mediocrem, secundum Bar. in aut.hoc ius porrectum. C.de sac.san.ecc.& Ang.in aut.de alien.& emphy. §.hoc etiam.col. ix. Item nisi sit minoris. l. magis. §.ne passim.ff.de re.eorum.secundum Lud.Pon.in fin.uer.debitor.uer.habes.quia nõ debet res utilior uendi. Item nisi in uenditione pignorũ:quia creditor eligit ꝙ uelit de plurib.uendi, nisi debitor petat:quia tunc ipse eligit.l.creditores.in princ. & ibi Bar.omnino.ff.de distr.pig.Sed Ang.in l.ij.in fin.ff. qui po. in pign.ha. dicit quod electio est creditoris habentis hypothecam generalem, dummodo non eligat rem meliorem, cum mediocrem debeat eligere,ex qua sibi possit satisfieri,per gl.in l. quãuis. C.de dis.pig.Vide Bar.in l.alio.de ali.leg.& quod no.in l.pe.quando decre. opus nõ est. sed quid si totus fundus est æstimatus ad instantiam creditoris, cui decem tantum debentur an electio sit creditoris in qua parte fundi uelit Bar.in l.si ex falsis.C.de transac.Item.nisi sit uxor,cui pro restitutione dotis non debet dari fundus prætiosior,secundum Bal.in aut.nisi.C.ad Treb.

† Adde quod ubicunq; eliguntur simpliciter plures ad consulendum:uel consentiendum, siue aliquod officium, etiã extra iudiciũ exercendum ualet quicquid facit maior pars dummodo minor pars non contẽnatur.Sed quid si fuisset dictũ ꝙ eligerent cũ consilio & consensu trium, nunquid potuissent eligere aliquẽ ex his tribus? Ab.post Host. in d. c. cũ in ueteri.in iij.col.uer.nota singulariter. de ele. ubi infert ad quæstionẽ ex forma statuti mulier nõ possit contrahere sine consensu duorum propinquorum contingit qđ mulier uendit aliqua bona uni ex propinquis cum cõsensu alterius propinqui nunquid sit satisfactum statuto.Et quid si statutum dicat filium non posse litigare sine consensu patris, & pater, & filius simul litigant, an uideatur pater consentire.Abb.in d.cap. cum in ueteri.in iiij.& v. colum. Facit ad prædicta quod not. Barto.in l.cum pater.in §.libertis.ff.de lega.ij.& Bal.in l.fin.C. ad Maced.& in l.si filius.C.de peti.hære. & Ioa. And. in reg.qui tacet. in Mercu.facit l.si mandauero. §. si tibi.ff.manda. & quod uoluit Bald.in l. is, cui. C. de furt. ubi si dedi pecuniam tibi, ut illam dares cui uelles non poteris donare tibi.Refert,& sequitur Barbat.in repe.l.sciendum.in vij.colu. de uerb. oblig.facit quod uoluit Archi.in c. ij. de const.lib. vj.& quod uoluit Cy. in aut.quibuscunque modis. C.de epis.& cle.quẽ sequitur ibi Bal.& Ab.in c.j.de rapto.in fi.& uide quod nõ.doc. in c.cũ in iure peritus.de ele.& ibi Ab.super glo.j.facit quod legitur. & nota.in c.fi.de instit.& in c.debitum de bapti. & in c.per uestras.de iure pat.cum si.

Electio est actoris in alternatiua locorũ.Bar.in l. non utiq;.ff.de eo,quod certo loco.ibi omnino.

10 Electio in alternatiua personarum, quib. debetur, est debitoris.l.iij.§.& Iul.& ibi Bart.in si. ff. de eo, quod certo loco.

Eligendi ius cessionario an competat.Bar.in l.si sic.§. si quis ita.de leg.j.

Electio in legatarium an transeat. in l. si sic. §. si quis ita.& ibi doc.& Io.de Por.de le.j.

Electio est hæredis,quando duo sunt Titij, si legatum factum est Titio.l.si quis seruum. §. si inter duos.& ibi Bar.ff.de leg.ij.

Electio an sit creditoris, contra quem ex plurib. possessoribus rerum hypothecarum agat hypothecaria.per Bar.in l.j.C.si unus ex pluribus credi in fin. & in Sp.de obli.& sol.§.j.uer.item an debitor meus & per Bald.in si.in aut.res,quæ.ad si.C. communia de leg.

✠ Electio,si Prætori,& ciuitati,uel episcopo, & capitulo sit demandata, tantam in eligendo facultatẽ, tantamque potestatem solus Episcopus habet quantam uniuersum Capitulum, & sic de singulis. Ang. & Imol.in l.liber homo.§.Titius.ff. de hære. instituend. Ale.in l.si pater filio.ff.de uulg.Io.Crot.co. xxxij.nu.22.con.cxxvj.nu.13. Ac.Mar.Ma.

Electio magistrorum uel doctorum,uel aduocatorum fieri debet ab illis, a quibus salaria eis dantur, nisi consuetudo aliter se habeat.Car.plene.in cle.j.§.j. ad si.de magist.

Electio tripliciter fieri potest,scilicet de iure,& de facto,quando fit a personis idoneis.Item de facto tãtum,quando fit a personis reprobatis,uel suspensis. Item nec de iure,nec de facto quando fit a personis ad eligendum non deputatis.gl. & doc. in cle. quo circa.de elec.

Electio ad hæredes an transeat.Item

Electio an committi possit simplici procuratori,& an procuratori in rem suã,& an procuratori generali. doc.Bar.& Ioan.de Por.in l. si stipulatus fuerim.in prin.ff.de uer.ob.& j.e.uer.xlviij.& lv.

† Electio mali hominis, qui tamen alias ecclesiæ põt esse proficuus, an electiõi boni præferri possit. Fel. in c.cũ adeo.iij.col.uer.nobilitas.de rescrip.]

Electio malefacta an noceat eligenti,ut iterũ nõ possit eligere.in l.cum indebitum.in fin.de cond.inde. ꝙ sic,arg.contra in l.quod in hæredẽ.§.j. ff. de tri. Vide omnino.Bal.in l.ij.ff.de op. lega. & in l. serui electione.in fi.prin.de legat.j.& ibi Ale.qui etiam tenet in l.qui per salutem.de iureiu.& per Bar.in l. cum quidam.la.ij.de le.ij.ubi dicit Bar.per tex.ibi, ꝙ eligens male priuatur iure eligendi:sed in d. l.ij. §.j.de op.legat.dicit.ꝙ si electio non ualet rõe electionis incongrua,non consumitur ius eligendi, ꝑ l.si tibi.§.unius.eod.tit. ubi dicit Bart. quod si electio peccat in forma, põt iterum eligi, quia potest mutari

mutari uoluntas:& ideo si duobus executoribus est commissa electio pauperum, si unus primo eligit, potest uariare, donec secũdus eligat: quia simul eligere debent, secundum Bar. ibi. Bar. in d.l.ij.§.j. dicit ꝙ si electio peccat in forma, nõ ualet indistinctè perinde est, ac si non esset facta. non habita distinctione an scienter, uel ignoranter. Vide Barto. in l. qui per salutẽ. ff. de iureiu. & no. in c. quia propter. de elec. per Cy. in l. fi. C. de contrahen. emp. Bal. in l. post aditam. C. de impub. & al. sub. dicit ꝙ sufficit elegisse ut functus sit officio eligendi, per c. si cõmissarius de elec. in vj. Itẽ Bar. in l. si is, cui de le. ij. dicit quod ius eligendi perditur, si quis petat. uel recipiat unam rem de duab. alternatiue debitis. & j. uer. Variatio. uer. ix. Item

✠ Electionem inutiliter primo factam, non esse impedimento, quo minus electio postea rite fieri possit, arg. c. non præstat. de re. iu. in vj. tradit. Io. Crot. in co. lxxxij. nu. 9. Ac. Mar. Ma.

Electio si competat patri, non potest iterum fieri, & uariari: secus si iudici: ut quia declarauit uerba sententiæ dubia, uel contractus. supra uer. Declaratio. uer. xxxij.

Electio an, & quando sit legatarii. gloss. & Barto. in l. Lucio. de leg. ij. & in l. qui duos. de leg. primo. & in l. si seruus. §. cum homo. & in l. legato generali. & ibi Bar. de le. j. & j. eo. uer. xxxvj. cum multis aliis seq. per discursum.

Electio papæ a cardinalibus fieri debet. cap. ubi periculum. & in cap. licet. de elec. in vj. & cle. ij. eod. tit. & ibi per Card. plenè & ibi etiam uide an a duob. tantum.

† Caute. Quando dubitatur an aliqui debeant interesse electioni, & tempus instat ita ꝙ commodè non potest recipi probatio an de iure hoc eis competat, cautela est ut admitti debeant cũ protestatione, ut corũ uoces ualeant si, & inquãtum appareat postmodũ eos debuisse interesse. c. Cumana. de ele. & in c. in Genesi. e. ti. Non enim nocet electioni alias legitimæ, si non habentes uocẽ fuerint admissi cum alijs, Ita not. dicit Panor. in d. c. Cumana. in j. col. uer. sexto no. cautelam, & practicam optimam. quod est no. pro electione summi pontificis, uel rectoris scholarium, ut si dubitatur an aliqui cardinales possent dare uocem, uel aliquis scholaris, ne differatur electio possent admitti cum dicta protestatione. ✠

Electio est actoris in causa summaria, an petat uerbo, uel in scriptis. glo. & Card. in cle. sepæ. §. j. xiij. q. de uerb. sign.

Electio iudicis, uel rectoris, debet fieri a populo, & confirmari a superiore infra. Electio confirmatur. uer. xj.

Electio Potestatis a communitatibus fieri non põt contra prohibitionem præsidis prouinciæ. Bar. cõ si. capitaneus patrimonii, &c. & j. Statutum a quib. uer. lxviij.

Electio transfertur in legatarium post moram hæredis. l. itatuliberum. §. Stichum. de leg. ij.

Electio est hæredis in alternatiuis summarum, uel tẽporum. l. si ita. §. si ita. de le. ij. & in l. si Titio de usufru leg.

Electio est legatarii, si testator de certo non sensit, secundum Bar. in l. ij. in prin. ff. de op. le.

Electio etiam de optimo est legatarii, cui est legata optio. Bar. in d. l. ij. in prin. de opt. leg.

Electio a legatario post terminum fieri non potest. l. cum optio. ff. de opt. leg. secundum Bar. in l. si tibi. in prin. e. tit.

Electio est hæredis, quando quantitas simpliciter est legata. l. cum certũ. & ibi Bar. ff. de uino tritico. & oleo legat.

Electio est legatarii in legato generali, gl. & Bar. in l. hominem. ff. de adi. leg.

Electio canonicorum ad præbendas nõ distinctas nõ deuoluitur ad episcopum ex mora capituli. secundum In. in c. cum in ecclesiam. de elec. Bal. in Mar, uer. præbenda. uer. j.

Electio si fiat ab his, quibus de iure competit excluso alio. qui erat in quasi possessione iuris eligendi, an ualeat. Inn. in c. in literis. de rest. spo. & ibi Io. And. in Nouel.

Electio actionis est legatarij an uelit agere ex testamẽto uel rei uendicatione, uel hypothecaria. l. cum filius. §. uariis. de le. ij. Bar. in l. legato generaliter. de leg. j.

Eligendi ius ad hæredes an transeat. l. illud. & ibi Barto. quod non. ff de opt. le. Vide Bar. in l. hæredib. in prin. ff. de adm. tu.

Eligendi ius ex contractu cõcessum transit in successorem, nisi ut ministro cõcessum fuerit. Bal. in l. iij. §. sed & si quis. iij. col. C. communia de leg.

Electio per procuratorem facta consumit ius eligendi, sicut facta per dominum. l. si is, qui. & ibi Bar. ff. de proc. & j. e. uer. lv.

Electio commissa tertio per testatorẽ, si non fiat intra annum, deuoluitur, ad legatariũ. Casus sing. secundum Bar. in l. iij. §. sed & si quis. C. communia. de leg.

50 Electio fieri potest etiam ab his, qui consueti sunt eligere. gl. & doc. in c. cum in ecclesiis. de præb. in vj. per c. cum ecclesia. de causa pos. & propri.

Electio est creditoris an agat actione personali, uel hypothecaria. l. est in arbitrio. & ibi Bal. C. de ac. & oblig.

Electio est illius, ad quem uerba alternatiua dirigunt Bar. in l. quicunq;. C. de ser. fug. & in l. j. §. j. ff. de effra. Io. de Imo. in l. iij. ff. de pub. iud.

Electio per quem dicatur fieri, quando quis eligit eũ, quem Titius nominabit, an per eligentem, an per nominantem gl. & Bar. in l. institutio talis. ff. de cõdi. inst. & ibi etiam dicit quod de iure tunc fieri debent duo instrumenta, unum de electione, alterum de nominatione.

Electio facta per capitulum, non requisito eo, qui debuit admitti, potest per illum postea admissum in altera electione peti cassari officio iudicis. Ho. in l. seruitute. ff. quemad. ser. ami.

Electio per procuratorem fieri potest. Bart. in l. si stipula-

pulatus ita fuerit.ff. de uer.ob.Raph. Ful.& Franc. de Cap.listę,in l.j.iiij.re.C.qui admi.Quod est uerum,si postea ratificetur.l.si is qui.& ibi Io.de Pra. ff.de proc.

Electio facta etiam per unum aliis absentibus, & non comparentibus hora deputata ualet.Innoc. in cap. cum nobis.de elec.Tancre.in Sum.ul.par. uersi.xv. quæritur.Bar.Cep.in cau.cxxxix.& j̃.uer. Ratificatio.uer. lxvij.

Electio pauperum per executores an fiat citato hærede. Bal.in l.iij.§.sed & si quis.ij.col. C. communia. de le.in leg. antiqua.

Electio in pęnis alternatiuis est iudicis . l. quod si minor.§.si seruus.ff.de minori.gl.in c.sicut.de Iudeis. doc.in c.inter ceteras.de rescrip.Bar.& Bald. in l.si fugitiui.C.de seruit. & in l. quicunque. in v. & vj. C.col.eo.tit.& ibi Bar.per Bar.in l.j.§.expilatores ff.de effr.& expil.Ioann.de Imo. in l. ij. ff. de publ. iud.Bald. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugi.Barto.in l.Lucio.in fin.de leg. ij. ubi dicit uerū, quando uerba diriguntur ad iudicem, non si ad partem. † Quod refert,& sequitur Franc.Are. in l.iusiurandum.§.ait.prætor. de iureiu.] Item in dubio est rei,non iudicis.Bar.in d.l.j. §. expilatores. in fi. & dicit Bald.in d.l.quicunque.Quod si dicitur statuto quod reus decapitetur, uel suspendatur, nō est electio rei, sed iudicis:secus si dicitur quod extrahatur oculus . uel amputetur manus . quia est electio rei: sed in arbitriis est electio iudicis:ut Idem Bald. in d. l. si fugitiui : dicit etiam quod si elegit iudex, requiritur causæ cognitio, nō si pars. Item dicit ibi quod si iudex habeat alternatiuam potestatem in pęnis, ut quod imponat pęnam talem, uel aliam,intelligitur.scilicet similem , & debet cauere ne sit nimis gratiosus in arbitrãdo. Quod etiam tenet Bal. ibi in vij.col. ubi dicit quod debet inclinare in mitiorem partem,sed non debet esse nimis gratiosus.

† Vide Fel.in d.c.sicut.de Iudeis. in ij.col.ibi in gl.fi.

Electio est iudicis in ambiguis.Bar.in l.si duas.in prin. ff.de excu.tut.per l.in ambiguis.de re.iu.& l.nō puto.ff.de iure fisci. Item

60 Electio mortis morituro dari non potest per iudicem,cum ad ipsum pertineat.Bart. in l.j. C. qui ad lib.perue.non pos.Sed glo.in l.aut damnum. §. sed animanti.ff.de pęnis.tenet contra.& Ange.Are. in trac.male.uer.amputetur.pe.col.& Bal.in l.quicunque una.C.de ser.fugi.& in l.data opera.j.colu. C. qui accu.non pos.quod iudex potest pęnam mortis permutare in aliud genus mortis.

Electio syndici facta per decuriōes, iuxta l.procuratores.C.de decur.li.x.debet ratificari per Potestatem ciuitatis qui non fuit præsens. Dy. in l.obligari. §. tutor.ff.de auth.tu.sed non seruatur.

Electio facienda per plures an debeat fieri simul , uel dietim per singulos.Bal.in l.ij.§.j.ij.co.in lec.anti. C.cōmunia de le.& Bar.in l.si tibi.§.unius.de opt. leg.ꝙ non,imo si fiat primo per unum pōt uariari, donec alius eligat.gl.in c.quamquam.de ele. in vj. dicit ꝙ separatim fieri pōt.c.bona.e.ti. Bar. contra in l.omnes populi.iij.q.ij.principalis.de iust.& iur. per c.in Genesi.de elec.& Sic.in c.ij.in fi. de iureiu.

Electio per possessorem iuris eligendi facta ualet,si cōfirmetur per superiorem,ne cassatur,si eligens priuetur.Bal.in l.ij.pen.col.C.de serui.& aqua.ubi tenet quod non tenet electio, nisi uiolentus possessor sit pronuntiatus habere ius eligendi.

Electio transit in successorem tanquā appenditio obligationis.Bal.in c.j.§.rursus. de controuer. inue. in usi.feu.& s̃.eo.uer.xlvij.

Electio deuoluitur ad superiorem,canonicis discordātibus in eligendo.Bar.in l.in uenditione.§.fin.ff. de bonis.aut.iud.pos.

Electio collata alicui cum morietur, fieri pōt eo uiuēte.l.unum.§.ergo.& ibi Bal.de leg.ij.

Electio collata alicui simpliciter , potest fieri etiam in ultima uoluntate.d.l. unum. §. si de Falcidia. & ibi Bar.de le.ij.

Electio spectat ad unum , qui solus capax reperitur in bussula,uel sacculo,de quo electionarij forte extrahuntur, nec debet tunc fieri extractio de sacculo. Bar.in l.si tibi.§.j.ff.de opt.lega.

Electio in legatis est legatarij , si unus est.l. qui duos. de le.j.sed si sunt plures,est eius,qui primo nominatus est.Bar.ibi:uide etiam in l.planè.§.si ita. de le.

70 Electio refutata per electum,ad quem deuoluatur. Bar.in l.vj.ff.de uaca.mune.ꝙ ad superiorem.

Electio Imperatoris deuoluit̃ ad papam,si electionarij negligant,uel discordent.Inno.in c.cum M.de consti.Bal.in l.fi.C.de quadri.præscri.& j̃. uer.Electionarius.uer. j.

Electio ad superiorem deuoluitur in casu negligentię. in Specu.de elect.§.fin.& ibi Bald.in addi.uer. fina. Vide Barto.in l.cum quidam.la.ij.de leg.ij. ubi dicit quod.

Electio pauperum concessa Titio si intra annum non fiat a Titio, non deuoluitur ad episcopum post annum,sed executio sic.& tenet Barto.in l. ij. §. sed si quis.in fi.C.communia.de leg.& in l executorē.C. de exec.rei iud.& But.in c.nos quidem. de test. Sed Bal.contra in l.id quod pauperib.C. de epis. & cle. in.l.captatorias.de test.mil.& in l.illa institutio.de hær.inst.& Franc.in l.quādiu.§.qui admi.Vide Pa. de Ca.con.xlv.qui sequitur Bald. dicentem uerum esse,nisi ad piam causam.

Electio inter res cuius est.no.in l.Lucio.de lega.iij & Dy.Inst.de ac.§.huic.Cyn.in l.cum quidam. C. de uerb.sig.

Electio in alternatiuis rerum cadit , non in alternatiuis personarum.no.in l.cum quidam.& ibi per Bal. C.de uer.sig.

Electio commissa duobus alternatiue , scilicet Titio, aut Seio,quomodo intelligatur.Bal.in l. pe. ij. col. C.de uerb.sig.

Electio per ciuitatem fieri potest de persona incerta, scilicet de ea,super qua sors ceciderit,non autē per personam priuatam habentem ius eligendi.Bar. in l.quidam.in fi.prin.ff.de re.dub.

Electio in repetendo cuius sit. Bartolus. in l. planè.ff. de con-

de condi.indebi.

Electio est liberti, quem uelit patronum.l. Titius. & ibi Bar.ff.de ac.emp.

80 Electio si fiat, pot pater dare uocem pro filio, & frater pro fratre.l.illud.& ibi Bar. in prin.ff.quod uniuersi.nomine.

Electio sine mandato facta ratificari non potest. Bald. in l.uxorem.ij.col.C.de cond.inser.

Electio episcopi ad quem spectet.ī.uer.canonicus.uersi.lxxvij.& ĵ.uerb.Electionarii.uer.ij. & uersi.Electio ad officium.uer.v.

Electio si quis interfit per triginta uel quadraginta annos, præscribitur iuri eligendi. Flo. in lege seruitutes.xviij.colum.ff.de serui.uide etiam Bald. in l.secunda.iij.colum.C.eod.titu. quod sic per quadraginta annos.

Electio est actoris ubi uelit conuenire debitorem, qui in pluribus locis promisit soluere, secundum Ioan. Pap.in Sum. in secundo libello.uer.nec fuisse iudicē competentem.

Electio facta a duobus, quorum alter non habeat ius eligendi, non ualet. Bar.in l.j.in princ. quod fal.tu. authore.

Electio est iudicis an contumacem mulctet, uel contra eum utatur remediis iuris communis. ī. Cōtumax punitur.uer.lxix.

Electio est actoris, quando reus habet plures iudices.l. ij.§.j.ff.de eo quod certo loco. Bar.in l.si per procuratorem.in fi.ff.de iurisd.om.iud.

Electio papæ de consuetudine pertinet ad solos cardinales.Bal.in Marg.uer.electio.uer.vj.

Electio papæ non seruata forma. c. ubi periculum. de elec.in vj.non ualet.nisi fiat a duabus partibus cardinalium, per c.licet.e.ti.secundum Card.in cle.ij. vij.q. de elec.

† Electio papæ an uitietur pro illiteraturæ defectu uide Fel.in c.si quando.in pen.col.in uer.dum gl. hic de rescrip.]

90 Electio compromissa in certam personam ualet, & habetur ac si facta esset a compromittentibus. Inn. in c.causam.de elec.Bal.ubi ī.uer.vij.c.si compromissarius.e.ti.in vj.Vnde.

Electio compromissa in alium debet fieri nomine cōpromissarii, non nomine committentis. Bal. ubi ī. uer.xiij.Inn.in c.cum in causis.de elec.in Specu.eo. tit.§.j.

Eligendi ius laico in ecclesia collegiata competere nō potest.cap.sacro sancta.de elec.Quod est uerum, secundum gl.ibi, nisi ex vi fundationis, & priuilegij sibi indulti a principio tempore fundationis.per ca. nobis.de iure patro.

Electio unius ex pluribus legatariis debet fieri ab hærede quam primum potest: alias tenetur hæres omnibus legatariis, sed potest moram purgare usq; ad litis contestationem factam ab uno.l.si quis Titio. §.fi.& ibi Bar.de leg.ij.Item amplius fieri non pōt, si credens unum esse legatum, præstauit aliud legatario.l.si is, cui de leg.ij.

Eligendi ius competens legatario in legato alternatino perditur, si legatarius credens unum tantum sibi legatum petiit illud.l.si is, cui.j.respon. & ibi Bart. de leg.ij.

Electio executorum per testatorem committi non potest alicui.Ioannes And.in c.j.de proc.lib.vj.in Nouel.& Bal.in l.ut in epistola.ad si.C.de fideic.

Electio fieri non potest, quando unus ex electorib. recedit, etiam cum licentia.Inn.in c.consideremus.de elec.Bal.in Mar.uer.Electio.uer.xij.

Electio collata in aliquem sine temporis præfinitione, durat anno.l.fin.§.sed & si quis.uer.Nesennius. C.communia de leg.uide Bar.in l. cum quidam. de leg.ij.

Electio pauperum institutorum potest conferri in arbitrium tertii.Bar.in l.illa institutio.de hær.inst.& in l.captatoriæ.de leg.j.& in l.cum quidam.la.ij.de le.ij.& ibi tex.& Bar. ubi etiam dicit Bar.quod pōt fieri per guardianum de fratrib. suis, quando est ei commissa electio.

Expensæ in medicinis pro uxore ægra fieri debent a uiro. l. quod in uxorem. & ibi doc. & Bald. C. de negotijs gestis. nec repetuntur, ut ibi. sed secus in expensis funeris: ut ibidem, & infra eodem. Et est uerum, etiam si maritus sit protestatus de omnino repetendi. Bar. ibi. & infra uersi. Maritus conuenitur. uer. xviij. & 39.

Expensæ factæ per alium pro alio, an & quando repetantur. gloss. ordin. in lege ex parte. §. primo. ff. familiæ erciscundæ.

† Expensas quis faciet obsidibus, uide Felin. in capitulo. ex rescripto. in fine. uersicu. ultimo tangit. de iureiurando.]

Expensæ factæ pro studio filij per patrem præsumuntur donatæ, nec imputantur in parte eius, nisi constet patrem expendisse animo credendi. l. quæ pater. & ibi doc. post glo. ff fam. erci. & infra eo. uersi. 26. & Bart. in tractatu de duob. fra. & Fran. Porcel. in eodem tractatu. ij. parte. j. q. & per Bart. in l. Nesennius. de nego. gest. & in l. j §. nec castrense. de castr. pec. uel de col. bonorum. Bald. tenet simpliciter non computari, in auth. ex testamento. x. coll. Item Bal. in l. pactum. xj. q. eo. ti. dicit computari, quando sine iuramento uiuo patre filius renuntiat successioni. quia tunc expensas computat in legitimā. Vide ibi Pa. de Ca. & per Bal. & Pau. de Ca. in aut. † quod locum. eo. ti. † Et per Io. An. in prob. in v. co. j. uo. & Pa. de Ca. consi. xij ubi tenet non computari. & subdit quod

Expensæ factæ a patre pro studio, uel nuptijs unius filij, uel filiæ unius filiorum, non imputantur ei: sed nec uidentur totidem de communi permissæ pro studio, uel nuptijs alterius post mortem suam. Paulus de Castro. consilio. cij. & infra eodem uersi. xlij. & xliij.

Expensarum quantitas factarum in aliquo actu probatur iuramento expedentis. glo. Bartol. Baldus & docto. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deli. & in auth. contra qui. C. de no. nu. pe. Quod uerum, si modicę sunt, non aliter: ut ibi, & Flo. in l. quoniam. in fi. ff. de usufruc. Item uerum, maxime in his, quæ ueniunt reficiendæ ratione primi decreti. Baldus in Marga. uersicu. Sententia. in fin. & in eodem. uersi. lxiiij. & sequen.

Expensæ pro alimentis factæ compensantur cum operis, & nō repetuntur, nisi factæ sint prorsus inutili, qui nullas operas præstitit. l. in rebus. §. possunt. ff. commodati.

Expensæ funeris uxori fieri debent pro rata omnium bonorum tā dotalium, quam paraphernalium. Bar. & Ioan. de Imol. in l. si filia. in fi. solu. matr. unde de dote sepelitur: ut ibi. & per Bal. in auth. licet. C. de iure dotium. Item pro rata lucri dotis. l. si pro rata & ibi doct. ff. de relig. & sump. fun. l. Neratius. e. tit. & gl. in l. j. ff. de eden.

10 Expensæ funeris prælati an fiant de bonis ecclesiæ, uel de patrimonio suo, si quod habet. Pet. de Peru. in tractatu quartæ parochialis. xiij. ca. ubi plene. & ī. uer. Episcopus.

Expensæ funeris quæ dicantur. Petr. de Perusio in dicto tractatu. ult. quæst.

† Expensæ funeris deducuntur de hæreditate anteq credita, etiam si pro eis sint pignora. l. impensa. ff. de relig.

de relig.& sic alijs creditis præferuntur.ut ibi.& gl. in l.priuilegia.ff.de priuileg.credi. & ĩ.uer.Funus. uer.iij.& l.fi.§ in computatione.& ibi Ale.C. de iure deli.& infra.eo.uer.xxxj.

† Adde idem esse in expensa facta in infirmitate defuncti.tex.notabi.in l.ij.C.de peti.hær.& ibi Bald. & similem tex.in l.legatum.C.de relig.& sum.fun. Et idem dic in informatione testamenti, secundum Bar.in l.non ignorat.C.de fruct.& lit.exp.Anto.de But.in c.j.de proba.

Expensæ factæ bestijs depræhensis in damno dato ad quem spectent.per Flo.in §.magistratus.50.colum. ad legem Aqui.

Expensæ in medicinis pro offenso factæ, sunt per offensorem offenso reficiendæ.l.antepe.ff. si quadru. pau.feci dica,& l.fi.de his,qui deiec. uel effu. Quod uerum est,nisi sint factæ incantatoribus,& herbularijs:per l.j.§.medicos.de uar.& extraor. cognit.secundum Barth.Cep.in rubrica de uerbo.signifi.xx. columna. Item uerum, etiam pace facta, remissa iniuria.in Specul.de accu. uersi. quid si uulneratus. ubi uide.

Expensæ operarijs per conductorem an debeant.Bar. in l.si non sortem.§.libertus.pe.col. de cond.inde. & l.quoniam.per Pe.de Sun.C.de testi.& ĩ.uersic. Operarius.uer.viij.& ix.

Expensæ in persona curanda ab infirmitate,&

Expensæ funeris parificantur.Bald.in l.in restituenda. C.de peti.hære.& Alex.in l.fi.§. in computatione. C.de iure deli.

Expensæ officiali misso ad aliquem locum an debeant Alex.consi.ccv.ij.parte.

Expensæ itineris debentur officialibus a potestate. Bar.in l.super creandis.C.de iure fisc.libr.x. Quod uerum de consuetudine,non de iure. Angel.in lege si non sortem.§.libertus.de condic.indeb. & infra. Potestas.

† Expensis cuius episcopi ueniant ad deponendum, uel degradandum aliquem: uide Feli.in capit. non potest.circa fin.de re iudi. uer. ad illud.quod isti episcopi.]

20 Expensæ famulo infirmo modice debentur,nõ magnæ.Bar.& doc.in l.si cum dotem.§.sinautem in sæuissimo.ff.soluto matrimonio. & infra eodem uersicu.xxxvij.

Expensa pro equo præstando liberto ut seruiat,ptinet ad patronum.l.operę. de ope.lib.

Expensæ causa pietatis factæ alicui quando dicantur. gl.in l.ex duobus.§.Titium.de neg.ge.uidelicet ex qualitate personarum,& sumptuũ:per.l. utrum.de don.inter uir.& uxo.

Expensæ circa personam, præsumuntur factæ animo donandi:ideo non repetuntur.& Bart. in l.si filius. C.de neg.gest.

Expensæ factæ per filium pro patre non præsumuntur animo donandi factæ,ideo repetuntur.l. si filius. & ibi Bart.contra glos.C.de nego.gest. Quod est uerum,nisi factæ sint circa personam, ut ibi per Bart. sed si soluit pro patre,uel eum defendit,repetit: ut ibidem.

✠ Expensæ a filio pro patre repetendi animo factæ, repetuntur.animus uero repetendi ex rationum libris probatur.l.si filius.C.de negoc. gest. l. Nesennius.ff.de neg.gest.Bar.in l.si paterno. C. de nego. gest.Dec.co ccccxliij nu.37.Ae.Mar.Man.

✠ Expensæ a patre factæ in curandis filijs ægris bona materna habentibus,repetendi animo factæ esse uidentur. Bar.in l.Nesennius.ff.de neg.ge. in l si paterno.C.e.Dec.co. DCXVj.numero quarto. Aemil. Mar. Mano.

Expensæ circa personam priuigni non repetuntur,nisi factæ fuerint animo repetendi.l. si patrono.& ibi Bart.C.de neg gest. Item

Expensas esse factas animo repetendi probatur ex pręambala protestatione.l.Nesennius.de nego. gestis. uel si factus est liber,in quo scriptæ sint & in codẽ factus est debitor, pro quo expensum est uidelicet: Talis debet mihi decem pro expensis quas feci pro eo.Item ex coniecturis inspecta qualitate personæ expendentis.& personæ,pro qua factæ,sunt.Bar.in l.si paterno.C.de neg.gest.Item ex qualitate expẽsarum l.Marcellus.& ibi Bar.ff. de dona. inter uir. & uxo.Vide gl.& Io.de Por.in l.domos.& in l.quid si nulla.de leg.j.

† Expensas monachus consequitur a monasterio, quando agitur contra abbatem.Glo.in. c. cum pastoris.ij.q.vij.

Expensæ in curatione serui,uel re aliena infirma, repeti possunt.l.si seruum.& ibi doc.de neg. gest.l.in rebus.§.fi.ff.commodati.Et quid si res erat inutilis gl.in d.l.si seruum.

Expensæ funeris repeti possunt, etiam facta prohibitione ne fiant.gl.& docto.& Bal.in l. fin.C.de neg. gest.& tex.in l.at si quis.§.Labeo.ff. de reli.& sumpti.fune.

Expensæ pro alimentis totius familiæ factæ uiuo patre per unum ex filijs,an mortuo patre repetantur Bald.in lege certum.penultima columna. C. familiæ erciscundæ. & Bar.in consilio. quidam habens tres filios,&c.

10 Expensæ alimentorum famulis fieri debent per dominos.l.in rebus.§.fi.ff.commodati.

Expensæ funeris deducuntur de hæreditate,& eam minunt.l.fi.§.in computatione.& ibi Bar.C.de iu.deli.& ibi doc.& Alex & ĩ.eo.uer.xij.

Expensæ funeris non sunt præsidium animæ, sed humanitatis officium.xiij.quæst.ij.non æstimemus. & c.animæ.& ideo non detrahuntur de legato centum librarum distribuendo pro anima testatoris.secundum dom.Petr.in tractatu quartæ episcopalis.cap. ix.in fine.

Expensæ factæ per debitorem in curando seruum,uel animal debitum,an repetantur a creditore. Barto. Angel.& Alexand.in l.seruum.§.Stichum. de uerbo.oblig.

Expensæ testibus fieri debent per producentem eos.l. alimentorum.l.quoniam.& ibi doct. C. de testib.l. eos.§.si quis.& ibi Bar. C.de appel. & Bal.in l.generaliter.

neraliter.§.his de præsentibus.de re.cre. q̃ expensæ factæ in mittendo pertinent ad mittẽtem. Quod uerum est, siue in causa ciuili, siue criminali.doc.in d.l.quoniam. Item uerum, si producantur testes de loco ad locum.doc. ibi.& Spec. de fal.§.j.uer.quid si alicui. Item uerum.etiam si reperiantur testes deposuisse pro utraque parte.glo. in c.statutum.de rescriptis.in vj.& doc.in d.l quoniam.uel super interrogatorijs partis aduersæ,contra quam producuntur, quæ non debet contribuere ad tales expensas. Ioa.Andr.in Specu.de teste.§. qualiter.uersi.testes autem.Item uerum,antequam testes recedant de loco.d.l.quoniam.ibi:uenturis.& ibi: producendi. Item uerum,quantum sufficiat: nam si superfit,debet restitui.docto.ubi.supra.& Ioan. And.in addit. per gl.in c.si qui testium.de testi.Item uerum,etiam pro operis amissis.Cyn.in d.l.quoniam.& Flo.in l. ex hac.ff.si quadru.pau.fe.di.& in l.testium. §.Gabino.de testi.Iaco.But.in c.si quando. C.eodem titulo. Item uerum secundum conditionem personarum. Vnde debet testi digno dari equus, non alias.glo.in l.idem ait.§.idem Labeo.ff. mandati.& gloss.x.quæst.secunda.episcopus.Bald. in d. l. quoniam.Barto.in l.seruus.in princi.de leg. j. & in l.j. de alim.& ciba.lega.& Bal.in l. etiam. C.mandati. Item cibi delicati, non grossi, secundum qualitatẽ personæ.glo.& Ab.in c.cum instantia. de censibus. Item uerum etiam procuratori proficiscenti extra ciuitatem pro domini negotijs, ut dentur alimenta,& equus,ut supra.Bald.in d.lege etiam.Item uerum. etiam tutori eunti pro negotijs pupilli. Nico. de Neapol.in lege.j.§.si pupillus.de tute.& ration. distrahen. ubi dicit conditionem personæ inspici, ut rusticus uadat pedester: sed si sit dignus homo uadat equester. Et debentur testibus etiam uecturæ equorum, etiam suorum, etiam locari non solitorum. Ioan. And.in d.addi.ad finem Item uerum,etiam si testes ab utraque parte producantur: quo casu debentur eis expensæ, & pinguiores. Bald.& Pet.de Su.in dicta.l.eos.§. si quid.de appella. Item uerum, etiam in loco ubi sunt producti testes, ut ibi peti possint, licet alias sit forus incompetens. gloss.in capitu. statutum.§.insuper. de rescriptis.& docto.& Petr.de Su. in l.hæres absens.§.primo.vj. colu.de iudic.Item uerum deductis his, quas domi fecissent.Innocent.in capitu.finem. de dolo,& contuma.& Bald.in Marga.uerbo Expensæ. uersiculo. iiij.& Barto.in l.cum,quem temere. de iudic.per.l. sed si hæreditas.§.j.ff. ad exhibend. Sed si plus expenderetur in productione testium, quàm esset ualor causæ, committi debet examinatio iudici, sub quo testes degunt.Bar.in l.mediterraneæ. C.de an. & trib.lib.x.Vide ad prædicta in Spe. de teste. §.j. uer.item opponitur.in fin.

Expensæ iudici debentur, qui uadit ad examinandos testes extra ciuitatem, quando uenire non compellũtur.gl.in c.2.de iud. in vj.

Expensis proprijs nemo cogitur militare.l. nauiculariorum.C.de naui.lib.xj.c.cũ ex officij. de præscri. facit.l.suo uictu.in fi.de ope.lib.

Expensæ pro medicinis debentur modicæ tantum officialibus, uel famulo, a prætore. Bal. in l.quod in uxorem ad fi.C.de neg.gest. & in l.cum dotem.§.si maritus.& ibi Imo.fol. ma. & ibi Barto. in § sin. autem. per Bar.in l.legatis.ff.de ali. & cib. lega.& Flo.in l.sicut impendia.ff.de usufru.& supra eo.uer. xx.uidelicet pro pullis,& simil.non pro syrupis, & salario medici.Bar.in d.l.legatis.

Expensæ in medicinis pro socio infirmo factæ, si sunt socij omnium bonorum, fiunt de communi: sed si sunt socij unius rei tantum, & infirmitas prouenit ob illam rem communem,idem est,si ex alia causa, fiunt enim de proprio infirmi. Ita.Bald. in apostil. in l.cum duobus. §. Papinianus.secundum Petr.de Vbal.ibi in repeti.sexta.parte.ix.quęstio. ff.pro socio.per d.l.§.quidam sagariam. & l.socium.§.fin.& l.seq.eo.tit.

Expensæ mensuratori fiunt ex publico.l.4.§.j.ff.si.re. Vide Bar.in l.si postulauerit.de adul.

40 Expensæ factæ uxori a marito non repetuntur, nisi uersæ sint in utilitatem uxoris. le. si proprijs.& ibi Bar.C.de don.inter uir.& uxo.

Expensa pro sepulchro an dicat̃ expensa funeris. not. in l.j.§.impensa.ff.ad le.fal.Io.de Pra.in l.in testamento.de cond. & demon.

Expensæ in doctoratu filij mortuo patre non fiunt de communibus bonis fratrum,etiam si uiuo patre fuit inchoatum studium.Barto.in l.si filiam. §.idẽ scribit ff.familiæ ercis eundæ. sed factæ per patrem uiuum non imputantur ei in partem suam. Baldus.in authen.ex testamento.x.col.C. de colla. & ĩ eod. uersi.vj.& in consi.quia per supra scriptos.&c.quod est inter consilia Ale.de Im 4.parte.Sed si fiant pro doctoratu nepotis præteriti ab auo per patruum, an ei computentur in legitimam. per Alex. consil. cxlij.secunda parte.

Expensæ magnæ præsumuntur factæ per filium studentem.Bald.in authentic. habita. iiij. colu. C. ne filius pro patre.

Expensæ nuptiarum an fiant de communi,mortuo patre,quo uiuente fuerunt contracta sponsalia. Bart. in l.j.§.sed nec castrense.ff.de colla. bo. & in l.j. C. de peri.suc.paren.libr.x.& Fran. Por. in tract.. de duo.fra.ij.parte.iiij.q.Bal.in l.filiæ cuius.C.fa.erc. & in auth.ex testamento.x.col.C de coll. ubi dicit factas uiuo patre non imputari in partem filij. Vide etiam Bal.in l.fi.§.ipsum. C. de bon. quæ lib.& supra eo.uer.vj.& Alex.in l.& qui.de mun. & hon. & Bal.in tracta.de duo.fra.& dicit uerum,nisi filius habuisset patrimonium separatum a patre: quia p̃sumitur pater de eo expendisse.per.l.fi.ff.de pe.hære.& ĩ.Pater expendit.

Expẽsæ in uestimentis nurus factæ a socero an imputentur in partem filij,cuius est uxor. inf.uer. Vestimenta.uersi.xliij.

Expensæ pro reductione fugitiui, qui aufugit de manibus Potestatis,pertinent ad fugientem. Barto.in l. Thracẽsium.C.de dec. lib.x.

Expensas

Expensas esse factas probari debet.l.fi.§.in computatione.& ibi Bal.C.de iure deli.

Expendens pro alio præsumitur expendere de suo. Bald.in d.§.in computatione.de iure deliber. & in l.in restituenda.C.de peti.hæred.l.si uentri.§.pe.& ibi Bar. ff.de priui.cre.Bar.in l.cum seruus.de uerb. oblig.Vnde

50 Expensæ factæ pro alio censentur factæ de pecunia expendentis.ut s.co. prox.uer.Sed Bar.in l.Nesennius.de neg.gest. dicit secus in negotiorum gestore.quia præsumitur expendere de bonis domini, in tantum quòd talis uiolenta præsumptio tollit præsumptionem pietatis, quæ alias erat.Et dicit esse notabile.nam secundum Barto. ibi,licet pater, uel frater dotando filiam, uel sororem, uideantur dotare de suo,per.l.fin.de dot.promiss.hoc uerum, nisi esset gestor negotiorum filiæ, uel sororis. d. l. Nesennius.& sentit glo.in d.l.fi.Item licet pater uideatur expendere de suo in filium studentem.l.quę pater.fami.erci.tamen secus est,si filius habet peculium quasi castrense,uel castrense, uel aduentitium quod erat apud patrem.l.fin.& ibi Bar. ff.de petiti. hær.Bart.in d.l.Nesennius.& ibi in fin.subdit quod auia in dubio uidetur expendere in nepotem de patrimonio nepotis, si illud habet alias de suo. Vide Bar.omnino.in d.l.fi.ff.de peti.hær.

Expensæ in infirmitate alicuius factæ non dicuntur expensæ funeris.l.& si quis.§.hæc actio. de reli.& sú. fu.tamen illis æquiparantur.l.in restituenda. & ibi Bal.C.de pet.hær.ubi habetur an repetantur.

Expensæ in mittendo nuntium ad dominum absentē pertinent ad eius procuratorem,qui sine mandato comparauit.glo.in l.ij.§.defendi. ff.ex quib cau.in poss.ea.& Paul.de Castr.in l. actor. in fi. ff.de procura. Item

Expensæ in mittendo nuntium ad faciendum iurare absentem,uel aliud faciendum, pertinent ad absentē. Bar.in d.l.ij. §. defendi. ff.ex quib.cau.in pos.ea.& Bal.in l.generaliter.§.his de præsentibus. C.de re. cre.& iureiur.Spe.de iura.cal.§.restat.in fi.dicit uerum,si uoluntariè abest:secus si notoriè, quia infirmus,uel senex,uel ratione dignitatis.Et ita iudicaui apud Cesenam.Car.in cle.j.§.cæterum.de iureiuran.dicit idem in absente uoluntario, sed in absente alias.quod sumptibus utriusque.Vide Alexa. in l.ad egregias.de iureiu.

Expensæ equo conducto ad uecturam qualiter fiant. Bar.in l.animalia.C.de curs.pub.lib.xij.

Expensæ equo pignorato præsumuntur factæ a creditore,qui equum habuit apud se: & ideo repetuntur per eum a debitore. Barto. in l. cum seruus.de uerbo.obligatio.& j.

Expensæ factæ de bonis communibus in familia inter fratres,quorum unus habet filios, alter non imputantur in partem ei,qui habet filios. Bar. in consil. Bittoniensis quidam.& infra.uer.Fratres socij.uer. iij.& seq. & uer. fructus communicantur. uersicu. tertio, & seq.

Expensæ facilius fiunt per unū,quam per plures.Bart. in l.si plures.§.quamuis.de admi.tu.

Expensæ factæ per legatarium pro testatore infirmo sanando,uel mortuo funerando, possunt repeti ab hærede.Bal.in l.j.C.de relig.& sump.fu.

Expensæ factæ per patrem pro obtinendo beneficio ecclesiastico pro filio,an computentur ei in partem suam,uel in legitimam. Bal. in l. omnimodo.§.siue nuper.C.de inoff.testa.

60 Expensæ factæ pro capiendo bannito, uel malefactore,repeti possunt a communi. l. mulier in opus. ff.de captiuis.secundum Ang. in auth. de collat. & alijs capti.§. iubemus. el ij. colla.ix.& maxime ex decreto prætoris.Bal.in ad.Sp.de exe.sen.uer.ptās.

Expensæ pro studio debent æstimari arbitrio boni uiri.l.j.& ibi Bal.C.de ali.pu.præstan.

Expensæ factæ in capiendo bannitum per officialem, repetuntur a fisco. Bal.in c. j. hic fi.lex Cor.per.l. mulier in opus.ff.de captiuis.

Expensæ per tutorem factæ pupillo, licet non fuerint taxatæ per iudicem,imputantur pupillo.l. sumptus & ibi Bar.C.de admi.tu.Item

Expensæ minimæ per tutorem factæ pupillo,puta pro castaneis,& lacte, an computentur pupillo. glo.in l.si quis a liberis.§.si mater.de lib. agnosc. Ang.in d. l.sumptus.

Expensæ paruæ per tutorem factæ pupillo probantur eius iuramento.Ang.in d.l.sumptus. & C.de dona. l.si quis pro redemptione. de accusa. c.qualiter. in princip.Cy.in l.nulli.& in l.id, quod pauperibus. de episcop. & clericis.Bald.in l.ij.ubi pupil.edu.debe.& in l.diuus. in fi ff.si cui plus, quam per legem Falcid.Item

Expensæ factæ per tutorem uel curatorem,uel executorem probantur per librum eorum cum iuramento,si uiuant,& habent expensæ causam uerisimilem alias non.Item probantur quandoque per facti euidentiam,ut in ædificijs:aliquando per rerum naturam:ut in alimentis: aliquando per alias coniecturas pro motu iudicis approbandas, de quibus tradi non potest regula certa.Bal.in ru.C. de fide inst.ul. char.uer.sequitur uidere.Item

Expensæ probantur oculata fide.Bal.in l.j. ad fi.C.de fruc.& lit.expensis.

† Expensis cuius uiuat præstans operas promissas: uide Felin.in c.j.in fin.iij.colu. in uer.item cuius. de lib.obla.]

Expensæ circa personam factæ. & pro alimentis intra triennium pręstandis per matrem filio pupillo,quę debentur ex necessitate præcisa.uel quia filius sit inops,non repetuntur,etiam si fuit facta protestatio in contrarium,sed factæ ex necessitate causatiua,ut in petendo tutorem,ad quod mater cogitur causatiuè, scilicet ne perdat successionem, & factæ sunt circa personam pupilli in ducendo eum Romā, uel ad locum alium, in quo tutor petatur,repetuntur: sed factæ circa personam matris euntis ad petendum tutorem:non petuntur, quia suo uictu debet ire.l.suo uictu.de ope.lib. Factæ uero in aduocatis, procuratore,notario,& sic repetuntur.Sed factę circa per-

ea personam ex mera uoluntate, si onus alimentan di non spectat ad filium, possunt repeti, si spectat ad filium, & mater gerebat negotia pupilli, imputantur filio. Sed si non gerebat, & fuit protestata, repet t, secus si non fuit protestata. Ita Bartolus. in l. Nesennius. de negotijs gestis. & in lege alimenta. C. eodem titu.

Expensas carcerato iudex facere non tenetur, sed ipsemet carceratus. Bartol. in lege factum. ff. de rerum diuisione.

70 Expensa facta de duob. patrimonijs, intelligitur pro rata. l. Titius. & ibi Bar. ad Treb.

Expensæ pro disciplina an ueniant appellatione alimentorum. s. uer. Alimenta. uer. 34.

Expensæ approbatæ admitti debent tutori in redditione rationis non probatæ. l. ij. & ibi docto. ff. ubi pup. edu. deb.

Expensæ studij, uel eruditionis præsumuntur lucrari post doctoratum intra octo annos. not. per Angel. singulariter. in lege quod si artificem. ff. de rei uendicatione.

Expensæ studij dicuntur quod soluitur pro matricula, & pretio librorum: item doctoratus: ut in consil. quod est post consilium. lviij. Alexan. in quarta parte.

Expensæ pupillo fieri debent secundum reditum patrimonij. l. ius alimentorum. & ibi Bart. ff. ubi pup. edu. deb.

Expensæ puero non tam pingues, sicut maiori debentur. l. iij. & ibi Bar. ff ubi pup. edu. deb. l. uictus. §. fi. ff de alim. leg.

Expensæ sunt augendæ, uel minuendæ, secundũ quod facultates augentur, uel minuuntur. l. iij. §. fi. & ibi Bart. ff. ubi pup. edu. deb.

Expensæ factæ pro militia filij a patre possunt detrahi de hæreditate filij emancipati per ipsum patrẽ. in Specul. de officio omni. iudic. §. v. ubi etiam dicit quod

Expensæ quandoque retinentur per modum impensationis.

Expensarum probatio per testes qualiter fiat. in Sp. de teste. §. j. uer. qualiter.

80 Expensis medici an sit curandus infirmus. in Sp. de salar §. 4. & j. uer. Medicus. uer. iij.

Expensæ funeris qua actione repetantur. in Spe. de sepul. uer porro.

Expensas factas ab uxore recedente propria authoritate a domo uiri an uir teneatur reficere. in Spe. de spon. & ma. §. v. uer. j.

Expensas pro seruitio sibi impenso factas quis non repetit. in Specul. qui filij sint legi. uersi. nunc dicimus.

Expensæ in rem factæ in ædificando reficiuntur, si ædificauit bona fide. l. si in area. & ibi Barto. C. de rei uen. in l. sinautem. §. in re. & ibi Bartol. de petitio. hæred. & in l. si in area. ff. de condi. inde.

Expensæ in funere, uel in nuptijs, uel in studijs an repetantur, & ad quos pertineant. supra proximo. uerbo. Expensæ in personam uersicu. iij. v. vj. & per discursum.

Expendens in re aliena habet retentionem pro expẽsis, etiam quando non actionem l. si in area. de condi. inde. l. si fundus. §. seruum. ff. si cer. pe. uide infra. eod. in uer. xxxvj.

Expensæ in re furtiua factæ a fure non repetuntur. Bar. in l. si inuito. C de infan expo. & Alexa. in l. in fundo. de rei uend.

Expensæ in re communi factæ præsumuntur de parte expendentis, & alterius socij. l. sed si lege. §. adeo. & ibi Bar. ff. de pet. hæ.

Expensæ factæ in hæreditate per malæ fidei possessorem repetuntur, sicut factæ per bonæ fidei possessorem, l. si quid post. §. si tibi. & ibi Bar. de pet. hær. & j. uer. Possessor expendit. uer. 3.

Expensæ pro fructibus repetuntur a quolibet possessore, qui eas fecit. l. si a domino. §. fi. cum l. seq. & ibi. Bar. ff. de peti. hær.

Expensæ culturæ cõpensantur cum fructib. l. iij. ff. de imp. l. diuortio. §. impendia. so. ma. Pa. de Ca. consi. 17. pen. col. & j eo. uer. xlvij.

Expensarum appellatione an ueniat pretium rei. j. Pretium. uer. 35.

10 Expensæ in captura banniti refici debent a fisco. Bal. in c. j. hic fi. lex Cor. per l. mulier in opus. ff. de cap. & Ale. in l. j. in prin. de iust. & iure.

Expendens pro alio debet iurare non expendere, nisi pro cõmissione, nec fraudare, nisi sit famulus scholarium, de quo est suspicio periurij, & incidit in periurium, etiam pro modico, quod fraudaret. Car. in cle. j. §. porro. de hære.

Expensis cuius reconcilietur ecclesia uiolata. supra. uer. Ecclesia.

Expensis occupatoris fit restitutio. inf. occupare.

Expensæ in propagando uineam compensantur cum fructibus, secundum Paul. de Castr. in consil. xvij. penultim. colum.

Expensæ ad rei utilitatem factæ, quæ deduci non possunt cum deductionem non patiantur, recuperantur a possessore in casibus not. in l sinautem. §. fin. ff. de rei uendi.

Expensæ in re factæ per bonæ uel malæ fidei possessorem, an & quando possint repeti. Barto. in l. in fundo. de rei uendicatio. Et an post sententiam, uide ibidem.

Expensæ cum fructibus computantur bonæ fidei possessori l. sumptus. & ibi Bar. ff. de rei uen. glo. in l. in fundo. eo. ti. & ibi omnino per Ale. & infra. Fructus computantur. uer. xj. & 22.

Expensæ per hæredem factæ in recolligendo instrumento testamenti a notario, detrahuntur ab hærede, tanquam æs alienum, si hæreditas non est soluendo: & sic minuunt legata. Secus si est soluendo hæreditas: sicut quando contenditur de hæreditate cum cohærede, uel cum legitimis. Bal. in l. fin. §. in computatione. j. col. C. de iure deli. & ibi Barto. & tex. & doc. Item

Expensæ factæ in proxenetis, subhastationibus, gabellis.

bellis, & in incantis ad alliciendum emptores factis, & similes, quæ fiunt quando uenditur res hæreditaria pro satisfactione debitorum, deducuntur ut æs alienum, & diminuunt hæreditatem. Bar. in d. §. in computatione. j. col.

20 Expensa unius anni debet detrahi de fructibus anni eiusdem licet sit facta in alia re. casus singula. secundum Ioann. de Pra. & Bal. in l. diuortio. §. fina. solu. matri.

Expensæ pro consequendo legato factæ ueniunt cum legato quia pertinent ad hæredem. Secus in stipulatione. glo. no. Bart. & Bal. in l. iij. §. si rem. de lega. iij. Quod est uerum, nisi sit legatum nomen debitoris: quia hæredes liberantur cedendo actionem legatario. l. seruum filij. §. eum, qui chirographum. & ibi Ang. de leg. j. Vide in l. si seruus. & ibi Bar. eo. ti. & infra eo. uer. lxxxviij. Item nisi res legata aufugerit post testamentum uiuo testatore: quia pertinent ad legatarium. l. si seruus legatus. & ibi Bar. in prin. eod. titu. Vide glo. in l. cum res. in prin. eo. ti. tex. gl. & Barto. in l. si quis seruum hæredis. in prin. de le. ij. ubi plene.

Expensæ per negotiorum gestorem factæ in re domini, inuito domino, & protestante ne fiant, non repetuntur. l. fina. & ibi docto. C. de negoti. gestis. aliàs sic, per retentionem. in Specu. de actore. uer. item quod uult.

Expensæ necessariæ, utiles, uoluntariæ, quæ dicantur. in l. impensæ in l. uoluntariæ. & in l. quod dicitur. §. si. cum. l. seq. & per totum. ff. de impen. in re. dot. fac. per Bar. in l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matri. & in l. in fundo. & ibi doc. de rei uendi. & Specu. de expensis. §. j. in princ. & in tit. de dona. inter uir. & uxorem.

✱ Expensæ utiles, & necessariæ sunt quæ ad perpetuã prædij utilitatem spectant, & sine quibus deterius prædium erat futurum. l. j. l. ij. l. iij. l. uel si uites ff. de impen. in reb. dota. fact. l. planè. l. seq. ubi Bart. & Pau. Castren. ff. de petit. hær. l. impensæ. ff. de uerb. signifi. Iaco. Phi. Port. Imol. co. xix. num. 84. Aem. Mar. Mano.

✱ Expensas utiles, & necessarias etiam prædones & & malæ fidei possessores recuperant. l. planè. ff. de petition. hæredi. l. domum. C. de rei uendicatione. Iacob. Philip. Port. Imol. consi. xix. nume. 85. Aem. Mari. Man.

Expensæ licitæ factæ per procuratorem ad negotia repetuntur. l. idemque. §. idem Labeo. ff. mandati. & ibi glo. & Bar. & j. eo. uer. lxxiij. & ciij.

Expensa facta in re aliena ne pereat, potest repeti per actionem negotiorum gestorum a domino rei per eum, qui expendit. l. si pupilli. §. si Titij. de negot. ge. & ibi Bar. sed uoluntaria non repetitur. l. ex duobus. in prin. & ibi Bar. eo. ti. Item nec facta causa pietatis. d. l. ex duobus. §. Titium. & ibi Bar. & inf. uer. negotiorum gestor. uer. xx. & seq.

Expendens ultra mandatum non repetit. Bar. in l. fin. C. de neg. gest. post glo. ibi, & per Pau. consi. clv. & supra. uer. Emens pro alio. uer. viij. Sed si rem non tradidit mandanti, potest eam retinere, etiam pro eo, quod expendit ultra mandatum. Bal. fin. in l. qui aliena. §. libertos. de neg. gest. & Bart. Cep. in l. fin. uer. 67. & gl. in l. præterea. §. si. cum lege seq. ff. manda. in Spe. de iud. §. speciali. uer. si.

Expensæ factæ in petendo tutorem pupillo per amicum patris pupilli, præsumuntur factæ ex affectione patris eius, & non repetuntur, secus si sunt factæ per aliquem procuratorem, uel curialem solitum uiuere ex mercede: quia repetuntur cum præsumantur factæ animo repetendi. Bartol. in l. ij. de negot. gest. & infra.

Expensæ in petenda confirmatione prælati, uel abbatis, an repetantur. Inno. & doc. in cap. ut præteritæ. de elec. quod sic. & ibi est tex. quod factæ in electione repetuntur. Angel. & Paul. de Cast. in l. fina. §. in computatione. C. de iure deli. & quod per Bar. in l. ij. C. de neg. gest.

† Expensis cuius fiat consecratio episcopi, & reconciliatio ecclesiæ pollutæ: uide Feli. in c. accedentes. ad fi. in uersi. ultimo dum tangit. de rescrip.]

Expensæ quæ fiunt a tertio deputato ad recolligendũ fructus socijs discordantibus, debent esse communes utrique socio. Flor. in l. sed & loci. §. j. ff. finium regund. Et ibi etiam dic post Barto. in l. Paulus. de solu. quòd

30 Expensa, quæ fit pro ponderatione pecuniæ, est cõmunis creditori & debitori: ut ibi.

Expensæ in melioramentis factæ possunt doceri post sententiam, & retineri in executione sententię. Bal. in l in fundo. ff. de rei uendic. Lanfra. in c. quoniam contra. uer. testes. uer. sed dubitatur de huiusmodi. de proba.

Expensæ per matrem factæ in petendo tutorem filio pupilli an repetantur. Item

Expensæ factæ a matre in accusando tutorem suspectũ an repetantur. Bar. & Bal. in l. j. C. de ne. ge. & Bart. in l. ii. eo. tit. Et quid si est protestata quod intendit repetere. Bar. in d. l. j. & ij. & supra. eo. uersi. xxvij. Et quid si succumbat, nec tutor remoueatur. Bar. in d. l. j. & Bal. in d. l. j. quod non repetuntur. † Et per Io. An. in c. cupientes. in iij. col. de ele. in uer. in ul. gl. in vj. in Nouella.]

Expensæ cum fructibus compensantur. glo. or. & Bal. in lege insulam. §. fructus. ff. soluto matrimonio. & infra uerbo Fructus computantur. uer. xj. & xxij. & infra eo. Item

Expensæ per hæredem factæ in re legata, uel subiecta fideicommisso, non compensantur cum fructibus perceptis ex re. Io. de Por. post Bald. in l. domos. de leg. j. per gl. in l. emptor. de rei uen. & Bart. Cæp. in fin. uer. xcviij.

Expensæ in re aliena factæ scienter, uidentur donatæ. l. si seruum. §. qui oliuam. ff. ad leg. Aqui. not. in l. si in area. & ibi glo. ff. de cond. inde † Vide do. Petr. Phi. Cor. in consi. ccxcvij. inc p. prima. in litera f, & in consi. ccxliij. inci. uidetur. in litera d, & seq. in ij. parte. quod ob impensas bono iure factas in re aliena datur retentio.]

Expensæ

Expensæ per singularem successorem an possint retineri. in l. in hoc iudicio. §. impedia. ff. fami. ercis. quòd sic.

Expensæ factæ pro rebus sororis repetuntur. l. si negotium. & ibi Bar. C. de nego. gestis.

Expendens potest retinere rem pro expensis in ea factis. Bartol. in l. si non inducta. C. qui. cau. pi. ta. contra.

40 Expensæ in dote exigenda a debitoribus datis in dotem factæ per maritum non imputantur in dotem: quia ad eum pertinent. glo. Bar. & doc. in l. j. §. j. ff. de impen. in re. dota. fact. Vide Bal. in l. iiij. C. de falsa cau. adie. lega. & in l. j. C. de bo. mater. & ibi Bar. & Bal. plene in l. ij. C. de act. & oblig. quòd compensantur cum fructibus nominis: qui si nulli sunt, repetuntur ab uxore per actionem negotiorũ gestorum. Sed quid in legato dotis. in l. Meuio. §. fi. & ibi Bar. de leg. ij. & Bal. in l. iij. C. de fal. causa adie. lega. An intelligatur deductis expensis in exigendo. uide in Spec. de dona. inter uirum, & uxoré.

Expensæ per maritum factæ in re dotali recuperanda, uel reficienda uia iuxta fundum, uel domum dotalem, an computentur in dotem. Dy. & doct. in l. neque stipendium. de impensis in rebus dota. fac. Io. de Por. in l. domos. de leg. j. Bal. in addi. Spec. tit. de expensis. uer. cessionarius. & Bal. in l. j. C. de bo. mater. Bal. in l. per diuersas vj. q. C. mandati. ubi dicit quòd.

Expensæ magnæ non minuunt dotem, si fructus dotis superabundét oneribus matrimonij: aliàs secus, ut ibi.

Expensæ pro defendenda re legata facta per hæredé, an spectent ad legatarium. Bal. Ang. & Pau. de Ca. in d. l. fi. §. in computatione. C. de iure delib.

Expensæ præsumuntur factæ de pecunia mutuata expendenti. Bar. in l. uenter. de priui. credi. & in l. Imperator. ad fin. de leg. ij. Pau. de Cast. in d. §. computatione. Vide Ang. in auth. de alie. & emphy. §. hæc etiam vij. col. col. a. ix.

Expensæ in ædificando in re communi factæ per unũ socium, an reficiantur pro parte ab altero socio. Cyn. in l. si in area. C. de rei uen. & ĩ. uerb. Socius. uersi. cxiij. & cxxxiij.

Expensæ factæ causa custodię non repetuntur. Bar. in l. cum quæritur. §. prædij. de lega. iij. & ibi omnino per Alex. tex. not. in l. si ita. §. fi. de fund. instruct. Bal. in l. j. C. de fruct. & lit. expen. & in c. j. de feugua. & Castal. Bar. in l. fi. ff. si cer. pe. & in l. fi. so. ma. quòd non repetuntur, etiam si sunt maiores, quàm fructus rei custoditę. & Bar. tenet in d. l. fi. de impensis in re do. fac. Ang. in l. sumptus. de lega. j. Ioan. de Por. in l. quod si nulla. eo. tit. Vide in l. cũ pater. §. pater pluribus. de lega. ij. Item nec compẽsantur cum fructibus per malę fidei possessorem. Bar. in d. §. prædijs Sed

Expensæ factæ in cultura per malæ fidei possessorem compensantur cum fructibus. Bar. in d. §. prædijs. per l. fundum fami. ercis. & Pau. de Ca. consi. xvij. supra eo. uersi. viij.

Expensæ in re fideicommisso subiecta non computantur cum fructibus. glo. fin. in l. emptor. de rei uen. ĩ. uer. Fructus computantur. uer. xj.

Expensæ in una re an deducantur ex fructibus alterius rei. doc. in l. diuortio. aliàs, si fundus. §. fin. ff. sol. mat.

50 Expensæ pro fructibus non natis, uel non extantibus factæ non deducuntur cum fructibus. Paul. de Cast. in l. fructus. sol. mat. & Alex. in l. in fundo. de rei uend.

Expensas an repetat colonus expulsus. ĩ. uer. Colonus. uersi. cv.

Expensæ doctoratus quantæ fieri possint. in cle. ij. de mag. Et an cum libris: ibidem. Et quæ dicantur: ibidem per Car. q. vj.

Expensæ debent fieri maiores a personis notabilibus. d. cle. ij. & ibi Card.

Expensæ per conductorem factæ in re conducta ab usufructuarijs ad quinquẽnium, mortuo locatore intra quinquennium, non repetuntur. l. si quis domũ. §. j. uer. idem quærit. ff. locati.

† Expensæ, & melioramenta per conductorem in tertiam generationem, in construendo molendinum pro reddenda tertia, uel quarta parte lucri ecclesiæ, an ante partem detrahantur, uide do. Petr. Phi. Cor. in consi. cclxxxix. incip. uidetur. per totum in j. parte.

Expensæ factæ in re possessa sunt possessori reficiendę per minorem restitutum in integrum in illa. re. l. in tra. §. fi. ff. de minori.

Expensæ factæ in re mea per eum, qui factus est locupletior ex re mea, sunt eadem per me reficiendæ, quando contra eum ago, quia factus sit locupletior ex re mea. l. si seruus. §. seruum. & ibi Bar. ff. de act. emp. not. in l. cum fundum. §. seruum tuum. ff. si cer. pe.

Expensæ in communi causa factæ an repetantur: uide infra expensæ in iudicio. uer. xix.

Expensæ per emptorem in re empta factæ debent sibi refici per coniunctum, uel uicinum uenditoris uendicantem illam ex forma statuti, quo cauetur ꝙ habeat ius præsentandi, secundum Alb. de Rosa. in tractatu statutorum. per tex. not. in l. intra utile. §. fi. ff. de minori. & l. tutor si sine hærede. §. interposito. uer. idem respondit. ff. de admi. tu. in l. si seruos. de pig. act. in l. pe. in prin. loca. nec cum fructibus compensantur. glo. in l. emptor. ff. de rei uen. Bar. in l. diuortio. §. impendia. so. ma. Pau. de Cast. in consi. xvij. & ĩ. eo. uer. lv. Bal. & Io. de Por. in d. l. domos. Ang. & Ioan. de Por in d. l quod si nulla. de leg. j. & per Bal. in l. super. C. de euictio. & ĩ. & probantur per iuramentum. Bar. in d. l. domos. Et attenditur tẽpus, quo res sit melior, quando petitur. Bal. in d. l. domos. nisi ipse fuerit procurator, uel aduocatus, secundum Bal. in addi. Spe. de expen. uer. an emptor.

Expensæ in fundo præsumuntur factæ per possessorem fundi. Bar. in l. cum seruus. de uerb. obli. Bal. in l. fi. ff. de ali. pu. præstan. & in l. j. in fi. C. de fruct. & lit. expen.

60 Expensæ si fiant per usufructuarium. Bart. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. text. & doct. in l. † eum qui. C. de usufru. & infrà eo. lxx. & xcvj. † Vide Paulum in l. fi. §. vbi autem. col. fi. eo. ti.

Expensę si fiant per hæredem grauatum fideicommisso, uide in d. l. domos. & ibi doc. de legi. j. ubi etiam Angel. & in l. ubi pure. §. qui in distrahendis. ff. ad Treb. & j. eo. uer. lxxxviij.

Expensę per legatarium factæ in re legata, an sibi imputentur. in l. sumptus. de leg. j.

Expensę refectionis pertinent ad hæredem, cui culpa potest imputari: alias secus. l. fundi Trebatiani. in fi. de usufr. leg. Bar. in l. patronus. §. fi. de leg. iij.

Expensę in honoribus factæ repetuntur actione negotiorum gestorum. l. quæ utiliter. & ibi Barto. ff. de neg. gest.

Expensa facta circa ecclesias uel sacra tecta, præsumitur parua. gl. in l. sumptis. de leg. j. & Io. de Por. in l. quod si nulla. gl. Insti. de obli. ex quasi contractu. §. j. uer. idque.

Expensæ in portando rem debitam solutam creditori an pertineant ad ipsum. Bald. in l. acceptam. xv. qō. C. de usuris. ubi etiam uide de gabella. & in l. fin. C. de condi. inser.

Expensæ in portando an pertineant ad emptorē. Bart. post gl. in l. hæres. de uino lega. & in l. j. de ali. lega. & in l. item illa. de consti. pec. & supra emptor fructuum. uer. xxx.

Expensæ in reficiendo pignus conuentionale an pertineant ad creditorem. Bar. in l. si finita. §. si quis dandi. de damno infect. & quod no. per Bart. in l. si seruos. de pig. act.

Expensæ pro recuperanda re legata pertinent ad hæredem. l. cum seruus. & ibi Bar. de leg. j. & supra eo. uer. xxj. & xliij.

70 Expensæ pro fructibus percipiendis factæ per usufructuarium, uel colonum, an repetantur, si finiatur ususfructus antequam fructus percipiantur. Bald. in l. si pater. in fi. C. de usufru. Et an per alium possessorem: tex. est quòd sic, in l. si a domino. §. fina. & ibi Bar. de rei uen. & j. eo. uer. xcvj.

Expensæ si fiant per patrem in aduentitijs filij. Bal. in aut. excipitur. in fi. C. de bo. mater.

Expensæ factæ pro inuenienda re alterius perdita repetuntur per actionem negotiorum gestorum. Bar. in l. falsus. §. qui alienum. ff. de furtis.

Expensæ per procuratorem generalem factæ in exigenda pecunia domini repetuntur. Bal. in l. procuratorem. C. mandati.

Expensæ per depositariū factæ in re deposita possunt repeti iure retentionis rei. glo. & Bal. in l. si quis uel pecunias. C. deposi.

Expensę in recolligendis instrumētis, uel testibus producendis factę per actorem debent reficia reo, qui fuerit in mora, non aliter. Item a reo, qui prius fuerit extra iudicium interpellatus ad soluendum. Bal. in l. non ignorat. de fruc. & lit. expen. & in l. eos. §. super. C. de usuris. quod non tenetur debitor reficere expensas prædictas nisi ut. sup. per c. peruenit. uer. alioquin. de fideius.

Expensę circa rem factæ per matrem, uel auiam. repetuntur indistinctè. l. Nesennius. & ibi Bar. de nego. ge. l. alimenta. ij. respon. C. eo. ti. Sed circa personā factæ an, & quando repetantur, uide Bart. utrobiq;. & supra. uer. Expensæ in personam. uer. lxvij.

Expensæ in re conducta fieri possunt per conductorē utiles uel necessariæ, & factæ repeti, uel cum pensione computari. l. colonus. in princi. & ibi Bart. ff. locati.

† Expensæ factæ tanquam in re sua per bonæ fidei possessorē non repetuntur, quia nullum negotiū gerit cum domino rei. do. Pe. Phi. Cor. in cōsi. ccxliij. incip. uidetur. in litera d, in ij parte.]

Expensæ in rebus factæ ueniunt ope retentionis sine petitione. Bal. in addi Spe. de expensis. uer. j.

Expensæ in rem quæ dicantur, uide per Abb. in c. pastoralis. de decimis.

80 Expensæ cudendi monetam debent fieri de publico. Bar. in l. j. §. j. de au. & arg. gl. in l. j. ff. de contrahen. emp. contra Inno. in c. quanto. de iureiu.

Expensæ per mercatorem factæ in mercantia imputantur societat. Bar. in l. filiusfa. de donat. Pe de Peru. in trac. de societa. xj. parte. xx. q.

Expensæ itineris per fundum spectant ad legatarium, cui legata est uia per fundum, non ad hęredem. Flo. in l. si iter. ff. de seruit.

Expensę pro refectione muri debentis seruitutem spectant ad eum, cui seruitus debetur, si refectio est necessaria. l. sicuti. §. 1. & ibi Flo. si serui. uend. & infra. uer. Murus. uer. j.

Expensis deponētis fieri debet quicquid in re deposita fiendū est. l. si in Asia. in prin. & ibi Bar. ff. deposit.

Expensæ in ædificio super alieno solo an repetantur. Insti. de rerum di. §. cum in suo solo. & seq. tex. & Bar. in l. sinautem. §. in re petita. de rei uen. tenet quòd sic a bonæ fidei possessore per doli exceptionem, si actor non concedat ei deductionem. Vide omnino in l. si in area. & ibi Barto. & in l. Iulianus. quæ præcedit in l. in fundo. de rei uen. quòd qui ab initio fuit bonæ fidei, licet postea fiat malę fidei, potest ædificium suum tollere, sed non repetere expensas, etiam per doli exceptionem. ut ibi, & supra ædificium. uer. lxj. & in Spec. de expen. §. j uer. si autem. & seq.

Expendens utiliter pro altero plus, quàm fuerit sibi mandatum, an repetat. Pau. de Cast. consi. clv. & supra eo. uer. xxxvj.

Expensæ in cultura factæ per testatorem, possunt repeti per hæredem ab usufructuario, cui cedunt fructus pendentes. Flo. in l. si pendentes. in prin. ff. de usufr.

Expensæ per hæredem factæ in re legata repetuntur a legatario, habita consideratione quantum ualeat res tempore restitutionis fiendæ, non quantum sit expensum. l. domos. & ibi doc. & Barto. de leg. j. nec computantur cum fructibus, secundum Bal. & Io. de Por. ibi gl. in l. emptor. de rei uen. & s. eo. uersi. xxj.

Expensæ per creditorem factæ in re pignorata in perficiendo ędificium a debitore inchoatum repetuntur.

tur.l.si seruos.& ibi Bar.ff.de pig.act.

90 Expensarũ factarum in instruenda naui non fit collatio.l.iij. in prin. & ibi Bar. ff. ad legem Rodi.de iactu.

Expense in re uendita facte per uenditorem repetuntur.l.Iulianus. §. præterea. & ibi Bar. ff. de actio. emp.

Expensa de duobus patrimonijs facta dicitur pro rata.supra eo.uersi.v. & uerbo expense in personam. uersi.lxix.

Expense factæ in re aliena ne pereat, repetuntur ab eo,cuius est res,per eum,qui eas fecit.l.si pupilli.§. si Titij.de neg.gest.& s.eo.uer.xxv.

Expense facte per debitorem conditionalem in re debita repetuntur.l.domos.& ibi doct. & Io. de Por. de leg.j.

Expense per uirum factæ in re dotali repetuntur per eius hæredes soluto mat.quando dotem restituunt. Item

Expense per usufructuarium factæ,finito usufructu repetuntur,si magne sunt.Io.de Por.in d.l.domos.& Bal.in l.eum.C de usufru.Bar.in l cotem.§.qui maximos.de pub.Raph.in l.si proprietarius.& in l. dãni.§.j.de dam.intec.& s.eo.uer.lx.lxx.& infra uer. usufructuarius.

Expense pro recuperando castro communi factæ per unum sociorum,repeti possunt a socio pro parte,si factæ sunt nomine communi,alias non. Alex.consi. clxvij.ij.parte.

Expense factæ a male fidei possessore non repetuntur. Spec.tit.de offi.om.iudi.§.v.

Expense quandoque probantur iuramento a iudice delato.in Spe.eo.tit.§.vj.uer.item post lit.conte.

100 Expensas factas bono animo per colonum repetit colonus a domino per retentionem. in Spec. de actore.uer.item quòd non.

Expensas procurator, & gestor repetunt retinendo. eo.tit.uer.item quòd uult.& s.eo.uer.iij.

Expensarum factarum per syndicum solutio facta per uniuersitatem an inducat ratificationem gestorũ. in Spec.de syndico.uer.sed pone.

Expẽsas repetit is, qui negotia gessit utiliter pro alio. in Spe.de salario.§.iiij.

Expense pro fructibus percipiendis, & conseruandis, deducuntur a possessore quolibet: & quid si excedant fructus.in Spec.de expen.§.j.uer.& hæ expense.& seq.& supra.

Expense factæ pro custodia rei date in tenutam ad quem spectent.eo.§.uer.& no.& seq.de pri. & sec. decre.§.v.uersi.quid si.

Expense per gestorem,uel socium factæ qualiter repetantur.in Spe.de iudi.§ ij.per totum.

Expense per nuntium factæ missum ad exercitum an repetantur.Item

Expense factæ per mandatarium, finito mandato repetuntur a mandatore. eodem titulo.§.vj.uersicu. similis.

Expensæ in re commodata factæ, quæ spectent ad cõmodantem,& quæ ad comodatarium.& quòd

Expensarum causa potest res commodata retineri. in Spe.de commodato.§.ij.

Expensarum in rem repetitio quando competat, supple j.uer.Possessor impedit.per discursum.

Expensarum litis petitio qualiter fiat,& quo modo formetur libellus.Item

Expensarum fiendarum in iudicio qualiter fiat protestatio.in Spec.de commoda.§.ij.& tit.de deposito. in prin.

Expensas non potest petere is,cuius interest,aduersarium non fuisse præsentem.in Spec. de expen.§.vj. ad fi.

Expensæ quandoque petuntur condictione ex.l.eum, quẽ temere.de iudi.uel ex.l.non ignorat.C.de fru. & li.expen.in Spe.de dolo.§.fi.uer.uerum quandoque actione in factum descendente ex edicto prætoris.de bo.aut.iu. pos. in Spec. de eo qui mit.in pos. causa rei ser.uer.si autem.

Expensæ iudicis officio expediuntur.in Spe.de of.om. iu.§.vij.iuxta fi.

Expensæ non petitę in causa principali an possint peti in causa appellationis.in Spe.de teste.§.viij.uer. illud autem.in fi.quod fic.& ibi dicit esse nouum articulum.

Expensæ dicuntur petitę, etiam si in libello dictũ est Peto sentẽtiam pro me ferri.Bal.in l.properandũ. §.sinautem alterutra.C.de iudi.

Expensæ qualiter petantur.in Spe.de peti. sententiæ. in fi tit.de dispu.& allega.§.iij.uer.pe.& §.iiij.uer. sic igitur expensas.

Expensarum petitio si sit omissa, an possit iudex supplere in causa ciuili uel criminali,& usque ad quod tempus.eo.tit.§.fi.uer.quid si de fructibus.

10 Expensæ petitę a parte,& a iudice omissę, an a iudice petantur.in Spe.de app.§.ij uer.xxxiij.& seq. & infra eo.uer.xxxvj.

Expensæ extraiudiciales qualiter petantur.in Spe. de expen.§.j.uer.& nota.

Expensæ peti possunt per condictionem ex statuto, quòd uictus uictori condemnetur in expensis. Bar. in l.non solum.de rei uen.& j.eo.uer.xxxj.

Expensis petentis consilium sapientis haberi debet cõsilium.s.uer.Consilium sapientis.uer.xxx.

Expensæ in libello peti possunt.Iac.de Ra.& Alb. de Rosa.in l.nouissime.§. Pomponius. quod falso tu. au.Barth.Cæp.in l.mulieris.§.res abesse.de uerbo, sig.ij.col.

Cautela est ꝗ in libello pars petat expensas factas,& fiendas in futurum,& admittitur hæc petitio incerta.Et quæ ex hoc resultet utilitas, ponit Panormi. in c.auditis.col.fi.in fi.de procur.

Expensas repetit agens nomine alieno,si obtinet,non si succumbit.l.ex parte.§.respondi.& ibi Bar.ff.fami.ercis.& j.eo.uer.xxxiij. nec si malam cãm agit. in Spe.de dona.inter uirum.§.fi.uer.illud.

Expensæ in causa seruitutis communis factæ per unũ socium repetuntur actione negotiorum gestorum. l.qui aliena.§.fi.& ibi Bar. ff. de neg.gest.l.ex parte.ff.fami.er. Quod uerum, si in causa propria non

expendisset tantum: ut ibi per Bar. quem uide in d. l. ex parte. §. respondi.

Expensæ in honoribus factæ repetuntur actione negotiorum gestorum. l. quæ utiliter. & ibi Bar. de neg. gestis.

Expensæ litis an compensentur cum fructibus. l. j. & ibi doc. & Bal. C. de bo. mater.

Expensæ promissæ quandocuuque peti possunt. doc. & Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen.

Expensarum appellatione damna non continentur. Bald. in l. terminato. ulti. col. C. de fruc. & lit. expen. Vide Bar. in l. j. & iij. de alie. iudi. mu. cau. fac. Pe de Sun. in l. eum, quem temere. de iudi. c. in nostra. de iniur. & dam. da. & supra. uer. damnum. el. j uer. j. Item uide omnino Alexan. in l. j. §. fi. si quis ius di. non obtemp.

20 Expensarum omnium, & singularum appellatione ueniunt legitimę, & iustæ, & moderatę. Ang. in authen. de colla. doc. uersi. oportet autem. & glo. in l. Iberus. de serui. ur. prædi.

Expensarum appellatione non comprehenditur pretium rei. Bar. in d. l. terminato. tex. Bart. & doc. in l. quibus. §. fi. ff. de condi. & demon. per Bar. post Bal. in rub. C. de uerb. sig.

Expensæ possunt per iudicem peti a parte, quam iudex omisit condemnare, quia fecit litem suam. Bal. in addi. Spe. de expen. uer. possunt. & ibi Spe. uersi. nunc uidendum. §. illud. Sed tenet Bald. in l. sancimus. & ibi doct. C. de iudi. per l. mancipia. C. de ser. fu. secundum do. Phi. Fran. in c. sæpe. uer. ult. quæritur. de app. Vide Bald. in §. proficisci. xxij. q. de offi. procon. & lega. & infra. Expensarum condemnatio. uersi. xliij.

Expensæ quæ petuntur ex lege, uel canone peti possunt, etiam post sententiam. Innoc. in c. ex parte. de rescriptis. & Bal. in Mar. uer. Expensę. uer. j.

Expensæ litis, & uictus; debentur monacho litigante cum abbate, & peti possunt ab eo. glo. in l. fi. C. de ordi. cog. & Pet. de Sun. in l. uix certis. ff. de iudi. & infra. Expensarum condemnatio. uersi. xcix.

Expensarum exceptio post sententiam an opponatur. s. uersi. Exceptio quando. uersi. xxv.

Expensæ promissę petuntur tantum iustę, & moderatę. glo. & Ang. in auth. de iudi. §. oportet, colla. vj.

Expensæ peti non possunt, quando iudex in sententia omisit de eis. Bar. in l. a diuo. § sententiam. de re iudi. docto. & Pet. de Sun. in l. terminato. C. de fruc. & li. expen. Sed Bald. contra sentit in l. sancimus. j. & ult. col. C. de iudi. Quod uerum est, nisi ex forma statuti caueatur quòd uictus uictori condemnetur in expensis: quia tunc peti possunt condictione ex statuto, licet de eis non sit facta mentio in sententia. Bar. in l. non solum. de rei uen. & in l. iij. §. si ré. de lega. iij. Ang. & Pet. de Sun. in d. l. terminato. Lăfran. in c. quoniam contra uersic. Expensæ proba. Ang. in auth. de exhiben. re. in prin. & Bal. in l. generaliter. j. col. C. de epi. & cle.

Expensæ quas litigans aduocatus in causa propria fecisset in alio aduocato, non possunt peti. glo. Bart. & doct. in l. fin. C. de fruct. & li. expen. & Bart. in l. fi. C. sent. rescin. non poss. Quod uerum est, nisi uictus teneretur ad expensas litis, & propter litem, quia tunc repetuntur. Bal. in d. l. fi. & ibi Ang. & Pe. de Sun. & Bar. in l. si stipulatus es, & ibi per Alexan. de fideicom. & in l. quod si domum. in fin. & ibi Rapha. ff locati. Dy. in l. pen. §. fi. de lega. iij. Lanfran. ubi supra.

Fideiussor idoneus non dicitur filiusfamilias, etiam pro patre, nisi habeat proprium peculium. l. filiusfa. & ibi Bal. C. de fideiuss. Vide Bal. in l. fi. C ad Maced. Item pro parte in casu. l. ij. uersi. sed si filius. ff. qui satis. cogan.

Fideiussor idoneus non dicitur, qui conueniri non potest, nisi cum difficultate. Bal. in l. sententia. C. de fideiuss. in Spe. de satisda. §. ij.

Fideiussor idoneus non dicitur, qui in iudicio esse non potest. lege secunda. §. si quis. & ibi Bartol. qui satisda. cogan.

Fideiussor idoneus dicitur, qui possidet bona stabilia. l. sciendum. qui satisd. cog. uel multa mobilia. secundum Pet. & Io de Peru. in l. quoties. §. si satisdatū. eo. tit. Item qui habet magnum creditum, & authoritatem, etiam si nihil possideat. l. si quis stipulatus sit Stichum. ff. de uerb. obli. & Ange. & Alex. in l. ij. qui satis. cog. quòd dicitur idoneus etiam quis: si habet multa bona mobilia, ut mercator, & alius non

† possit inueniri, qui possideat immobilia. † Habes ad regulam quòd fideiussor debet esse idoneus facultatibus, unde late in l. ij. ff. qui satisd. cog.

Fideiussor si non præstetur idoneus scienti, unde supra uers. Debitor suspectus. uer. lvij.

Fideiussor non idoneus, si scienter recipiatur a muliere, uel minore. gloss. Bar. & doc. in l. de die. §. si seruus. qui satis. cog. & gloss. in l. mulieribus. ff. de regu. iur.

Fideiussor non idoneus habetur pro non recepto, & tenetur iudex. Bal. per gl. in l. quoties. ff. qui satis. cog. & debet iterum dari. ibidem.

Fideiussoris non idonei approbator tenetur in subsidium. l. cum uideamus. §. fi. ff. de fideiuss. tu. Adde supra Approbator. uer. xij. & xiij.

Fideiussor idoneus dicitur etiam inops, dum tamen sit persona legalis, & multum fidelis, & qui consueuit seruare promissa. Paul. de Castr. in lege secunda. in princip. qui satisda. cog. ubi Alexand. tenet contrarium.

Fideiussor possidens prædia urbana, quæ ruina, uel incendio consumi possunt, dicitur minus idoneus, quàm possidens rustica secundum Bart. in l. ij. C. de debi. ciui.

20 Fideiussor idoneus effectus non soluendo, debet renouari, id est, alius pro eo præstari. Bar. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj facit. l. si quo tempore. de peti.

peti.hære.& l.arbiter. ff. qui satisda. cogan. Quod est uerum in casibus,in quibus iudicis officio præstatur:secus quando promissione.Bar.in l.pretoriæ.la. ij.ff.de præto.stipu.& infra eod. uer.fi.& per Alex. in d.l.ij.in prin.qui satisd.cog.

Fideiussorem pro idoneo approbás, nó tenetur de dolo.nisi lucrum sentiat ex approbatione non idonei, uel ex fideiussione eius.ĩ.uer. Approbator.uer.xiij. Bar.uero in l. cum ostendimus. §.fi.de fideiuss. dicit approbatorem fideiussoris teneri, tanquam eius fideiussorem.

Fideiussor non idoneus dicitur,qui habet priuilegium fori.in Spe.de compe.iudi.adi.§.j.uersic.quid si pactum,nisi renuntiet illi, cui fideiubet.l.j.& ibi Bart. secundum unam lecturam.ff.si quis in ius uoc. non ie. ubi etiam dicit quòd debet renuntiare priuilegio,nec sufficit quòd renuntiet exceptioni:si tamen non renuntiat priuilegio fori,obligatur fideiubens, ut tunc possit conueniri coram iudice suo, non coram iudice, coram quo fideiubet. Bartol. ibidem. Vide omnino ibi per Alexand. & melius in l. si fideiussor. qui satisda. cogan. & an tunc recusetur. ibidem.

Fideiussor idoneus recusatus pro non idoneo, agit actione iniuriarum contra recusantem. in Spec. de accusatore.uer.sed pone.& no in l.si uero.§.qui pro rei.& ibi Bar.doc.& Alex.ff.qui satis.cogan.& qualiter format libellum. in Spec.de satisd.§.ij. uide in Spec.de do.&contu.§.fi.uer.notandum. Item punitur in pœna quinquaginta aureorũ,si fideiussor erat coniuncta persona.l.ij. in ius uo.ut eant. Alex. in l.si

† uero.§.qui pro rei.i fi.qui satis.cog. † Et do. Barth. Soci.in consi.clxxxviij.incip.uisis.uer. confirmatur hæc opi.circa medium.ibi : nam ille.in cons. cxlvj. incip.uiso.circa princip.sexta col. in prima parte.]

Fideiussor,etiam inops,dicitur idoneus ,quando principalis est diues,glo fin.in l.mulier.C.de iure do.& Frã.de Cap.lis.in l.fideiussor.in prin.qui satis.cog.

† & tenet Alex.in l.ij.ff.qui satisd. cog. † Et Paris de Pu.in trac.sin.in uerb.Iudex.] & supra §.proximo. uersicu.xj.maxime inter coniunctas personas,inter quas qualiscũque fideiussor,id est,non idoneus quo ad facultates,non quo ad forum, & alia potest præstari.glo & Bar.in l.ij.§.prætor.ff.qui satis. cogã.& in l.sciendum.in fi.principij.eo.tit.per l.j.& ij. ff.in ius uo.ut eant. ubi dicit quòd etiam si non possidet immobilia, dicitur idoneus pro coniuncta persona. & supra.Coniuncta persona.uer.xvij. & Alex.in l. ij.in prin.qui satis.cog.

Fideiussor contractus debet esse idoneus tam facilitate conueniendi,quàm facultatibus: secũdum Alex. in l.ij.in fin.prin.ff.qui satis.cogan.

Fideiussoris non idonei exceptio quando opponi possit,omnino in l. de die. §.minori. & ibi Alexan.post Bal. Ang.& Pau.de Cast.qui satis. cog.

Fideiussor nó idoneus recipi debet ex dispositione testatoris.Bal.in l.j.C.de usufruc.& Alex.in l.tribus. ff.de usufruc.earum rer.

Fideiussor idoneus pro tutore qualis esse debeat. infra uer Fideiussor tutoris.uer.v.

Fideiussor inhabilis si scienter acceptetur,uide Bart.in l.iij.ff. de fideiuss.

† Fideiussores eo ipso quòd recepti sunt a iudice,& nó sunt reprobati, cẽsent approbati.do.Bar.Soc.in cõsi.xciiij.incip.præstantissimi.uers.præterea cũ alio. in fi.in j.parte.]

30 Fideiussorem idoneum qui reperit, dicitur soluere posse.l.nemo dubitet.ff.de regu. iur. Bartol. in lege item. §.qui paratus. ff. quibus mod.pigno. uel hypothe.sol.

Fideiussor idoneus si fiat non soluendo, iudex facere debet iterum satisdari.in Spec. de offi. om. iudi. §. vj.uersicu.ante lit.contest.ultra medium.& Bartol. in l.litibus.C.de agric.& censi. lib.xj.& supra eod. uersicul. xx.

Fideiussor qualiter præstetur,& obligetur,dicetur.ĩ.eo.& ad quid.& supra Fideiussio per discursum.

Fideiussor non tenetur se obligare sine principali.Bal. in l.sancimus.C.de uerb.sign.& tenetur constituere se principalem,ut ibi per Bal.licet promiserit fideiubere,ut ibi.

Fideiussor in dubio intelligitur obligari etiam ad usuras.l.quæro.& ibi glo.& doc.in princ. ff.loca.Cy.& doc.in l.fideiussor. C.de fideiuss. glo.& doc.in c.constitutus.eo.tit.uers.accessiones. & in l.centum Capuę.de eo,quod certo loco.& Alex. in l. si cum dotem.§.finautem in seuissimo. sol.mat.Quod est uerum,secũdũ Bar.in d.l.quęro.si sit fideiussor in oẽm cãm ut ibi:uel si sit fideiussor iudicatum solui : uel si sit fideiussor indemnitatis.& infra eod.uersic. xix.& xxviij.& in Spe.de fideiuss.§. j. sed non ad pœnam. infra Fideiussor conuenitur. Item nisi fideiusserit pro sorte tantum.gl.& doct.in d.l.quæro. & Alex. in d.§.finautem.

✣ Fideiussor obligatus censetur, in omnem causam, & casum,quo principalis tenetur, quique ex obligationis natura est.l.si seruum.§.nunc uideamus.l.mora rei.ff.de uerbo. oblig.l.quæro.ff.locat. Paul.Castren.consi.xxiij.colũ. iij.in extre.uolu.j.Ay.Crau. consi.xlv.nu.6.uol.1.consi.cclxxij.nu.2.& 5.uol.ij. Ae.Mar.Man.

Fideiubens contra iuramentum de non fideiubẽdo, an sit obligatus.doc.in c.fi.de fo.compe.lib.vj.& Old. in consi.lxxxix.

Fideiussor renuntians beneficio ordinis, an præiudicet creditoribus sui. Bald.in rubri.ff. de his quæ in frau. cre.

Fideiussor non rogatus intercedens an sit priuilegiatus.l.si mulier.§.si ad ea.ad Velleian.

Fideiussor scriptus in libro per negotiorum gestorem an obligetur domino sine ratihabitione,uel sine cessione.Pau.de Cast.cons.lxxix.

Fideiussor accusati,uel inquisiti,si patitur se apud acta scribi in fideiussorem, & non contradicit, uidetur obligari,secundum Nic.de Neap. & Barto.in l. cum ostendimus.§.fin.ff.de fideiuss. tuto. Sed in ciuilibus.

Fideiussor non obligatur, quem debitor offert præsentem, & tacentem, nisi ipse loquatur. Bar. in l. ij. §. uoluntate. ff. solut. mat. contra Dy. ibi per l. ij. ad municipa. & l. honores. §. fi. de decur. & d. l. cum ostendimus. §. fi. & Bal. in l. blanditus. C. de fideiuss. sed dictū Bal. uerum est regulariter. Fallit pro minore, & fisco. d. l. cum ostēdimus. §. fi. & ibi Bar. Nico. & doc. infra eod. Sed Car. in cle. j. iij. oppo. de procu. quòd idem in quolibet fideiussore patiente se scribi in actis pro fideiussore. Idem tenet Cardi. ibi. prima quæst. Paul. de Castr. tenet idem in l. sciendum. de uerb. oblig.

20 Fideiussor quando offertur, debet esse præsens. l. si decem. §. idem respondit. de sol. Ioan. de Imo. in l. prætor. §. si quis. de ope. no. nun. Alex. in l. de pupillo. §. is, cui, de ope. no. nun. & infra uer. Oblatio debiti. uer. lv.

Fideiussor potest stipulari, & recipi pro forensi, etiam per iudicem, uel notarium. Cyn. Bald. & Salic. in lege secunda. C. per quas personas no. acquir dum dicit ualere, quando dominus constituit procuratorem contra forensem, & pro eo promittit fideiubens pro eo.

Fideiussor ex causa potest prohibere creditori ne numeret debitori, non sine causa. Bal. in l. tam mandatori. ad fi. C. de non numera. pecunia. † Vide Bal. in l. si ergo. ff. si cer. pet. ubi quid si fideiussor uidens debitorem sua bona dilapidantem, & protestatus fuerit creditori quòd exigat debitorē, & creditor hoc non facit.

Fideiussor antequàm fideiubeat, si protestatur quòd non uult obligari casu quo fideiubeat, postea fideiubendo non obligatur, nisi renuntiet protestationi iam factæ. Dy. Bar. & doc. in l. si quis. in prin. de leg. iij. & Franc. Padua. & Alex. in l. pacta nouissima. C. de pac. sed contrarium est uerius: quia protestatio præcedens actum, qui dependet a uoluntate utriusque partis, non operatur: secundum Bar. in l. qui in aliena. §. Celsus. in fi. de acqui. hære. & infra. Protestatio. uersi. xcvj. Ange. tenet primā opi. in l. mora. ff. de usur. & Spe. de fideiuss. §. j. uer. quid si fideiussor prius. Sed limitatur sing. per Ioā. And. in addi. Spe. de iureiu. in rubr. & Alex. in l. non solum. §. morte. in addi. de ope. no. nun. uidelicet nisi fideiussor obliget se pro moriente: quia etiam si iuret in protestatione, obligatur. † Et per Felin. in c. sicut tuis. de simo. circa princ.

Fideiubendo quis dicitur consentire. l. exceptio. & ibi Bal. C. de euic.

Fideiubendo debet quis omnia sua bona obligare creditori: si iudici uideatur: quia arbitrio iudicis ad hoc tenetur. Barto. in l. prætoriæ. la. iij. ff. de præto. stipula.

Fideiussor intelligitur promittere in omnem causam. l. si quis pro eo. §. si nummos. de fideiuss. Vide Bartol. in lege si de magistratu. in princip. eod. titul. gloss. in lege quæro. locati. & in lege centum Capuæ. de eo, quòd certo loco. in Spe. de satisda. §. iij. uer. sed quæritur.

Fideiussor promittens post moram non obligatur ad interesse propter moram. l. fi. de eo, quod certo loco. Sed

Fideiussor intercedens ante moram obligatur ad usuras, non ad interesse. Dyn. in lege mora. de uerbo. obliga. & in lege centum, per Bartol. de eo, quod cer. loco.

Fideiussor non obligatur in plus ex mora principalis. l. j. de in lit. iura. Ioan. de Por. in l. cum filius. de uerbo. obliga. in l. si seruum. §. nunc uideamus. & in l. mora. eod. titul. nisi intercedat in omnem causam. Bart. in l. quæro. loca. & supra eod. uersi. iij. & infra eo. uersi. xxviij. & Alex. post glo. in l. iij. ff. qui satisda. cogan.

20 Fideiussor intercedēs post sententiam latam super sortem, & interesse, obligatur ad omne iudicatum. Bar. in l. j. ff. de in lit. iuran.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur promittere ad pœnam glo. & Bar. in l. ij. §. fi. ff. qui satisf. cog. nisi in quatuor casibus quos ponit Bar. in l. fi. ff. de præto. stipu. & in d. §. fi. uidelicet nisi esset consuetudo. Itē nisi res sit inestimabilis. super qua præstatur fideiussio. Item nisi ad purgandum moram, uel pœnam euadendam. Item nisi nuda cautione promittatur, ut ibi & uide Bar. in l. si quis reum. ff. de custod. reo. & per gl. Institu. de satisd. §. sed hodie. & infra eo. uer. xxxiiij.

Fideiussor non potest obligari ad aliud, quàm sit obligatus principalis. l. Græce. §. si quis Stichum. de fideiuss. Vide etiam glo. in l. cum Stichus. §. si stipulatus. de uerbo. oblig. Io. de Por. & Alex. plenius. & Fran. de Cap. listę in l. ij. §. mutuum. ff. si cer. peta. nec ad aliud tenetur. Bar. in l. j. de mune. & hono. non conti. inter pa. & fil. lib. x. nisi accessoriè: ut infra e. uer. xxix. † Et per Fran. Are. in l. si pupillus. de uer. oblig. in ea. gl.]

Fideiussor potest obligari ad interesse: licet principalis promittat factum. Bar. in l. j. ff. de actio. emp. per l. stipulationes. de fideiuss.

Fideiussor obligati ad factum potest obligari, ad interesse non, si principalis teneatur dare. gloss. not. & Alexand. in l. cum filius. §. si stipulatus. de uerb. obliga. ubi etiam dicit idem, si obligetur simpliciter fideiussor. quia intelligitur promittere interesse dicto casu. per l. ubi autem. §. qui uero. eo. tit.

Fideiussor potest se obligare sub maiori pœna, quàm principalis teneatur. Bal. in l. qui crimen. viij. quæst. C. qui accu. non poss. & Alex. in l. si quis reum. de custo. reo.

Fideiussor obligatur ex mora sua in obligatione facta, non ex mora principalis. Bar. & Io. de Por. in l. cum filius. §. si stipulatus. de uerbo. oblig. & ibi Alexan. in l. centum Capuę. de eo, quod cert. loc. & in l. fi. eod. tit. & in l. quæro. in prin. ff. loca. & supra e. uersi. xix.

Fideiussor ad unum actum, non intelligitur obligatus ad alium, licet pro eadem persona, nec ad eundem ex interuallo factum, nisi large se obligauerit. Bartol. in lege qui in aliena. de acquiren. hæred.

red. & est argumentum gloss. in l. quod Seruius. uersic. potest. ibi: rebus sic stantibus. ff. de condi. ob causam.

Fideiussor datus simpliciter, censetur datus solũ in uera quantitate petita: unde non tenetur ad usuras, uel interesse propter contumaciam rei principalis. lege prima. & ibi not. ff. de in lit. iur. & supra eod. uer. iij. & xix. Item nec tenetur ad sumptus litis. gloss. & Doct. ubi supra. l. ij. & l. cum apud. ff. iudic. sol. Quod est uerum, nisi fideiubeat in omnem causam. Bart. in d. l. j. & in l. ij. de publi. iudi. & in l. quæ ro. ff. loca. & Ange. Are. in tract. malefi. uer. fideiussit. Item uerum, nisi in causis arbitrarijs, in quibus etiam ad interesse intelligitur obligari. ind. lege prima. de in lit. iuran. Item nisi usuras promittat: quod potest. infra eod. proxi. uersic. † Et per Franc. Aret. in d. l. j.]

Fideiussor non potest in plus obligari, quàm principalis, sed efficacius sic. l. si pupillus. de uerbo. obli. l. si ultra. & ibi Bald. C. de fideius. l. Græce. §. illud. & ibi Bartol. eod. titul. quòd tunc etiam non tenetur in eo, in quo principalis erat obligatus, ut ibi, nisi iuramentum interueniat: quo casu tenetur ut principalis, non ut fideiussor, secundum Barto. singu. l. si quis pro eo. ff. de fideius. & Bartho. Cep. uersicul. xxxviij. in sing. Et si plus promittat, non obligatur etiam in minus, uel in eo, quod principalis debet. l. Græce. §. illud. cum gloss. de fideius. & Alexand. in l. j. §. si stipulanti. de uerb. obliga. contra Bald. in l. si ultra. C. de fideius. ubi etiam Sal. contra Bald. sed potest in plus obligari accessoriè, scilicet quo ad usuras, & quo ad pœnas per principalem non promissas. Alex. in d. § illud. & in l. hi qui. ubi not. eod. tit. & gloss. singu. Ang. & Imo. in l. sicut. eod. tit. & Bald. in l. si pro ea. ulti. q. C. manda. in l. si testamento. §. fin. de fideiusso. & Bartol. in lege centum. de eo, quod certo loco. † Et per Fran. Are. in d. l. si pupillus: in uersicul. in ead. gloss. ibi. & dom. Petr. Phili. Cor. in consi. ccxiiij. incip. quòd dictis. in litera d. in secunda parte.]

Fideiussor debet se subscribere obligatum in eadem charta principalis obligationis. no. in l. sciendũ. de uer. obli. & in l. cum de indebito. de proba.

Fideiussor potest obligari ad æstimationem, licet reus principalis sit ad sortem obligatus. Ioan. de Pra. in l. ij. ff. si cer. pe. & Barto. in l. si ita fideiussorem. ff. de fideiusso.

Fideiussor in una causa datus, an cogatur in executione alterius causæ. in l. si quis. ff. si quis caut.

Fideiussor etiam de nocte præstari potest. gloss. in lege more. de ferijs. & Bald. in Marg. uersicul. testium receptio.

Fideiussor ad pœnam corporalem non potest obligari. Bald. in tit. de pace Constan. §. damna. in fi. Bart. & Alexan. in l iiij. de custo. reo. gloss. xxiij. q. v. cum homo. facit. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & tenet Ange. in tracta. malefic. uersi. fideiussit in princ. ubi etiam dicit post Barto. ubi supra idem in fideiussore de repræsentando. † Et per Feli. in c. contingit. in medio col.]

Fideiussor an sit, qui promittit pro alio. Bar. quòd sic, in cons. an si tertius. & Bal. in consi. tertius promittit mihi. Item

Fideiussor si se obliget ut principalis. in Spe. de renun. & cõclusi uer. sed si fideiussor. gl. in auth. de fideius. in prin. & Abb. in c. ij. extra eo. titu. & Io. de Imo. in l. hi qui. ff. eo. tit.

Fideiussor cum præstatur, sufficit quod exhibeatur in iudicio per eum, qui præstare debet, nec habet ultra exprimere: & si creditor non uult eum recipere, debet dicere eum non esse idoneum in facultatibus, uel propter priuilegium fori: & tunc fideiussor debet dicere. Renuntio priuilegio fori. Bartol. in lege si fideiussor. in princ. ff. qui satisd. cogan. & supra eo. uersi. ix.

Fideiussor sub pœna an possit se obligare pro eo. qui tenetur pure. Bar. in l. hi, qui. ff. de fideius. supra eo. uersi. xxix.

Fideiussor potest se obligare sub guarẽtigia, licet principalis non sit obligatus ex guarentigia. Bar. in d. l. hi qui. ff. de fideius. quo casu potest petere se liberari etiam ante, quàm conueniatur. Alexand. post Docto. in lege fideiussor. eod. titul. ubi dicit idem si sit obligatus per scripturam priuatam habentem ex forma statuti executionem paratam: secundum Cy. in lege certum. C. famil. ercifcun. & ibi Bald. & plenius. infra uer. Fideiussor agit. uer. xv. circa medium ibi: item quando fideiussor est obligatus ex guarentigia, &c.

Fideiubens pro alio patiente, dicitur eius mãdato fideiubere. l. si fideiussor. & ibi Bald. C. mandati. nisi pro re turpi fideiubeat. Bar. ibidem.

40 Fideiussor iudicij, uel contractus obligatur, etiam sine expressione causæ, propter quam obligatur. Bal. in addi. Spe. de dolo, & contu. uer. pen.

Fideiussor obligatur, licet in actis dicatur, Fideiussit, & nec dicatur, Renuntiauit, &c. quia censetur renũtiasse glo. in l. inter stipulantem. in princip. & l. cum filius. de uerb. obligatio. & Bartol. in lege si quis pro eo. de fideius. & Ange. Aret. in trac. malefi. uersicul. fideiussit.

Fideiussor debet iterum se obligare in prorogatione termini: alias soluta est obligatio prima. l. Labeo. §. si per fideiussorem. & ibi Bart. ff. de arbit. Vide melius per Alex. in l. ubicunq;. ff. de fideius. & infra uer. Fideiussor liberat. uer. iij. & uer. Fideiussor cõuenit. uer. xiij. & lxxxij. & uer. progatio termini. uer. vij.

Fideiubere uidetur mulier, cum defendit eum, qui habiturus est regressum contra eam. in Spe. de defensore. uer. sed pone.

Fideiussor quibus causis accedat, uel non, uide. infra eo.

Fideiussor dandus non est, quando principalis præsumitur idoneus præsumptione iuris, & de iure. Bald. in l. cum clericis. C. de episc. & cleri.

Fideiussor an possit accedere obligationi ciuili lege si cui. & ibi Bald. C. de non nume. pecu. in l. j. ff. de fideius.

Fideiussor

Fideiussor accedit obligationi ad antidora. Fran. Por. in l. j. & ibi not. ff. de fideius.

Fideiussor quibus obligationibus accedat. gloss. Doct. & Franc. Por. in l. j. ff. de fideiusso. an in obligatione facti, in lege si quis pro eo. & ibi Bartol. de fideiussoribus.

Fideiussor pro debito futuro accipi potest. l. quo tempore. & ibi Bar. in prin. ff. de peculio.

Fideiussor an possit accedere post mortem debitoris. Bartol. in lege postquam. in princip. ff. ut lega. no. cauea.

Fideiussor non tenetur, quando principalis obligatio non ualet. l. si seruus. in prin. & ibi Doc. & Alex. ff. si quis caut. Sed contrarium tenet Bal. in l. j. ff. de fideiuss. & Alex. in l. Marcellus. eod. titu. & infra e. uersi cu. x. & seq.

Fideiussor pro muliere mandante non obligatur, nec pro ignorante. l. si mulier cōtra Senatus. §. j. ad Velleia. & Alex. in l. si constante. §. j. sol. matr. post Bal. in l. j. C. ad Velleia.

Fideiussor potest obligari, etiam pro eo, qui tenetur officio iudicis nobili. l. cum quis. §. si quis pro eo. de fideiuss. uel mercenario. lege centum. & lege fin. ff. de eo, quod cer. lo. & plene per Bartol. in lege Marcellus. & ibi Ale. de fideiuss. & Alex. in lege secunda §. si quis. qui satisda. cog. per Bald. in l. pen. C. quod cum eo.

Fideiussor pro filio famil. per statutum prohibito obligari, potest obligari. Bal. no. in l. j. ff. de fideius. Alexan. in l. Marcellus. eo. tit. Adde Cy. in l. decretum. C. eod. tit.

Fideiussor accedit constituto. Bar. in l. ij. ff. de fideiusso. & Alex. in l. j. §. fi. ff. de consti. pecu.

Fideiussor accedit etiam actioni reali, sicut officio iudicis. Bald. contra Cyn. in lege dominium. C. quod cum eo. & Alexand. in lege Marcellus. de fideiuss.

Fideiussor in pupillari actione non accedit. in Spe. de procu. §. j. uer. sed præcedens.

Fideiussor in criminalibus datus, si soluit pro condemnato, quo remedio repetat. Bald. in l. si cum uendente. C. ubi causæ fisca. Paul. de Cast. & Io. de Pra. in l. si quis cum procuratorio. in fi. princ. ff. de procur.

Fideiussor inquisiti, uel accusati: obligatur, si in iudicio patitur se scribi in fideiussorem, & non contradicit. supra Fideiussor qualiter. uer. viij.

Fideiussor pro uulnere mortali tenetur de morte secuta ex uulnere. Flo. in l. ait lex. in princi. ff. ad legem Aquil. & in l. si uulnerato. eod. titu. Lud. Pon. Alex. & Bal. in l. fideiussor. §. in fideiussore. qui satis. cogā. quia in dubio uidetur promittere in omnē causam. l. si quis pro eo. §. si numos. de fideius. & supra uerb. Fideiussor qualiter. uers. xvj. & per Dy. & Bart. in l. fideiussores magistratuum. de fideiuss. & Alex. in l. j. de in lit. iuran. & Bal. in l. fine. qui satisd. cogan. Sed Bal. tenet contrarium in additio. Spe. de fideius. uer. v. & ibi Spe. uer. sed pone, T. in §. j. dicit non teneri, † si uulnus non sit lethale, alias sic. † Vide do. Barto. Soc. in consi. cclxxiij. incip. in præsenti uer. secundo promittūt. circa medium. in secunda parte. ubi quid si formata inquisitione pro uulnere alicui, pro quo imponenda erat pœna cētum, & demum secuta fuerit mors, pro qua imponatur pœna mille, an tunc teneatur ad illa mille.] Item

Fideiussor ad pœnam corporalem non potest se obligare. supra uer. Fideiussor. qualiter. uersic. xxxiiij. & Pet. de Anch. in rub. de fideius. ubi etiā Io. de Imo. & tenet Alex. in l. si quis. de cust. reo. & per Bald. in l. j. C. ne fide. doti. den. & in l. pen. C. de pac. & in l. † quoties. de noxa. † Et per Feli. in cap. contingit. de sen. excom. & per Fran. Aret. in l. si quis post. in fin. de testa.

† Adde hic an fideiussor possit interuenire in causa criminali, uide Bar. in l. si quis reum. ff. de custo. & exhi. reo. & Cy. in l. ad commentariensem. C. eod. Et conclusio est quòd non: quia non potest quis ex cōtractu ad capitalem pœnam se obligare: quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & xxiij. q. v. in c. si non licet. Sed distinguitur utrum fideiussores fuerint in dolo & tūc pœna erit arbitraria: si extra dolum, punientur pœna pecuniaria ad quam obligauerunt se: & si non fuit expressa quantitas. iudex arbitrabitur. Abbas in d. rub. Tu adde Barba. in d. rub. ubi allegat gl. sing. in c. cum homo. xxiij. q. v. quod consuetudo loci possit disponere quòd fideiussor puniettur pœna corporali. quod est bene notandum pro illa ardua dubitatione, quæ fuit Florentiæ: quidam rebelles occiderunt ambasiatores Areti: fuit factum statutum Florentiæ ꝙ consanguinei occidentium nisi intra certū tempus occidant, uel faciant occidere, quòd fieri potuit ꝙ illi consanguinei occiderentur. Refert illam. q. Petr. de Anch. in repe. c. j. de consti. & illam gl. d. c. cum homo. allegat Bal. in c. ex rescripto. de iureiu. & in l. j. C. ne filius pro patre. & in l. si qua. ff. de his, qui sunt sui uel. alie. iur. & in rubri. res inter alios acta.

Fideiussor de repræsentando accusatum an liberetur, si uulneratus moriatur Iaco. de Bel. in l. sancimus. C. de fideius.

Fideiussor in criminali an statim exigat reum condemnatum. Bald. in addi. Specul. de sententia. uersicul. Titius fideiussit. & Bartol. in l. fina. C. de usur. rei iudi.

Fideiubere possunt sibi inuicem inquisiti uel accusati de crimine. Bart. in l. Romanus. de tuto. & cura. da. ab his.

Fideiussor an admittatur, cum pœna est corporalis in defectum pecuniariæ. Bart. in l. j. ff. de cust. reo. & in l. item soluitur. §. qui paratus. ff quib. mod. pign. uel hypo. sol. ꝙ sic, quando dicit statutum, ꝙ si reus non potest soluere pœnam, amputetur ei manus: secus si dicit. si non soluerit. & per Bar. post Dyn. & ibi Ioā. de Imo. in l. ij. ff. de pub. iudic. Ange. Areti. in tract. malefi. uersi. fideiussit. ij. colu. & in uer. quod fama. x. & xj. q.

Fideiussor relaxari non debet, qui ex forma statuti tenetur

netur ad centum pro pœna, & ad alapam recipiendam pro alapa data alteri. Bar. in l. quoties. in prin. de noxa. ubi etiam dicit quòd nec per alium potest tunc defendi.

Fideiussor relaxari non debet, qui appellauit a sententia capituli. Bartol. in l. eos. §. super his. C. de appella.

Fideiussor an posit præstari per homicidam condemnatum pecuniariter ex forma statuti. Bald. in addi. Specul. de appellatio. uersicu. dicit statutum quòd homicida.

Fideiussor pro crimine capitali nō tenetur ad pœnam corporalē, sed ad pœnam pecuniariam sic. gl. xxiij. q. v. cum homo. Vide Abb. in rub. de fideius. & Alex. in l. si quis. de cust. reo. & s. e. uerb. Fideiussor qualiter. uer. xxj. & xxiiij.

Fideiussor in criminalibus non habet beneficium discussionis. Lud. & Alex. in l. ij. §. si quis. in fi. ff. qui satisd. cogan.

Fideiussor in criminalibus causis debet præstari, etiā ab eo, qui possidet bona immobilia. Alexand. post † Bald. in lege sciendum. qui satisda. cogan. † Et per Fran. Are. in l. reis. in j. col. uer. utrum autem de duobus reis.

Fideiussorem non recipiens iudex ab inquisito, uel accusato, tenetur. Bal. in auth. generaliter. ulti. col. C. de epis. & cler. & Alex. in l. j. de cust. reo.

Fideiussor licet sit præstitus per citatum, tamen ex iudicijs superuenientibus potest cogi ad comparendum, captis pignoribus. super uerb. Citatus. uersicul. xxxij.

Fideiussor non tenetur ad quartum plus auctum pœnæ ob contumaciam condemnati intra terminum non soluentis. l. j. & ibi Bart. & Alex. ff. de in lit. iur. quod est uerum, nisi expresim se etiam ad illud obligauerit. Bar. ibi & Ang. Are. in tract malefi. uersi. fideiusit. ij. col. Item nisi in omnem casum, uel de iudicato soluendo fideiusserit. Bar. in l. quæro. in prin. ff. loca. Sed uide omnino Bar. in l. ij. in q. an quartū plus sit pœna uel non. ff. de publi. iudi. & quod per Alex. in d. l. post Bar. ubi etiā dicit uerum: sedm Rapha. nisi una sententia feratur condemnatoria etiā in quarto pluri.

Fideiussor non tenetur ad quartum plus, quod creuit propter negationem, uel per iuramentum in litem præstitum post sententiam. Bar. post gl. in l. iij. ff. qui satisd. cog. facit. l. si ab uno. ut in poss. leg. & per Alexan. in d. l. j.

Fideiussor cum in causa criminali non reperitur a fœmina, sufficit cautio iuratoria. in auth. ut nulli iudi. §. necessarium. & Ange. Aret. ubi supra. ij. col. Idem in causis ciuilibus, secūdum doc. in l. in omnib. ff. de iud. & s. uer. Cautio iuratoria. uer. iij. & xij. Sed secus in causis criminalibus quo ad homines masculos. Bald. in addi. Specul. de accusa. uersicul. in causa criminali.

Fideiussor non debet relaxari condemnatus ad soluendum nisi dentur fideiussores de soluendo Odof. & Bar. in l. neque impuberes. §. j. ff. de in ius uocan.

Bald. in l. fi. §. in computatione. de iure delib. per. l. si pecuniæ. in fi. ut in pos. leg. l. his consequenter. in fi. ff. fami. ercis. Ludo. in sing. uerb. Fideiussor. uersic. quæro, quidam. Item nec qui post bannum captus est. l. lege. cum glo. & ibi do. Andr. in apostil. ff. ad Sillanianum.

Fideiussor si recusetur a iudice, quando pro crimine reus est relaxandus fideiussore, tenetur reo iudex actione iniuriarum. Bartol. in lege si uero pro condemnato. §. j. ff. qui satisda. cogan. & Angel. Arc. ubi supra. ij. col.

Fideiussor in criminalibus datus liberatus per sententiam absolutoriam latam pro reo principali, non potest obligari per statutum postea cōditum ꝙ processus reuideantur iterum: quia licet postea principalis condemnetur per reuisores non tenetur amplius fideiussor, qui sit alias per sententiam liberatus. Bar. in l. fi. ff. de pactis. Ange. Arc. ubi supra. uersicul. penul.

Fideiussoribus an, & quando sit quis relaxandus pro crimine. in Spec. de accu. §. j. uersic. sed pone. & uersic. cum autem. & uersic. præmissa. & Bald. in l. eos. §. super. C. de appel. ꝙ non pro crimine capitali: alias sic, etiam clericus. supra. Clericus conuenitur. uersic. xxxix.

Fideiussor dotis restituendæ soluto matrimonio dari potest per uirum. Bart. in l. generali. post glo. in l. j. C. ne fideius. dot den. l. si cōstante. §. quoties. & ibi doc. & Ioan. de Por. sol. matri. Ang. in l. j. C. ne fideius. do. den. & gl. in l. creditor. §. j. ff. mandati. quæ limitat. d. titulum ut habeat locum in uiro, non in uxore: unde & pro dote danda datur. Bar. ubi supra. Vide in Spe. de dote post di uor. resti. §. ij. & omnino per Alex. in d. §. quoties. ubi limitat uerum, nisi fideiussor de dote reddenda præstetur ante nuptias, casu quo matrimonium nō sequatur per l. Titio. §. Titio genero. uersi. sed cum ante nuptias. de condi. & demon. Item nisi cum iuramento: ut ibi, & infra eo. uer. vj. Item nisi sponte detur. Ia. de Are. & Cy. in lege secunda. contra Barto. C. ne fideius. do. den. & Io. And. in Spe. de dona. inter uirum. §. pe. uer. illud. secundum Alex. qui tenet contra Bar. ubi supra. Item nisi dos sit data ab extra † neo. Alex. ibi. & Bart. in l. ij. vj. q. † Vide Alexand. in d. §. quoties. ubi plene examinat, & plures fallentias ponit.

Fideiussor pro dote, si non est datus, sed expromissor, & maritus eum promisit conseruare indemnem, non propterea probatur fideiussio, & simulatio, ut tenet Alexand. in lege si constante. §. quoties. solut. matri.

Fideiussor ut in fraudem legis detur pro dote contra ti. ne fideius. do. den. cautela est, quòd tertius marito absente obliget se pro dote seruanda, & restituenda. Alex. in l. si constante. §. quoties. solu. mat ubi tamen nō bene firmat eam traditam per Pau. de Cast. consi. clvij.

Fideiussor pro dote conseruanda, uel restituenda, non est dandus. Alex. plene post doc. in l. si constante. §. quo-

quoties.ſolut.mat.& in l.ſi cum dotem.§. ſi mulier. eo.tit ſed poteſt dari expromiſſor, uel delegari poteſt debitor pro dote. Alex.poſt Auge.& Moder.in d. §. ſi mulier ubi dicunt uerum,niſi expromiſſor, uel delegatus debitor eſſet diues, & ſoluendo: ut ibi per Angel. Imol. & Alexand. qui etiam ponit plenius in d.§.quoties. ubi uide:& ibi dicit ualere, etiam ſi uir promittat eum conſeruare indemnem.

Fideiuſſor dotis ex nudo pacto obligatur. Bald. in lege fina.C.ad Velleia.& Alexan.in l.v.§.j.de uerbo. obliga.

Fideiuſſor de dote conſeruanda per maritum non debet dari.l.j.& ij. C.ne fide. do.den.niſi ſit pauper, & uergat ad inopiam.c.per ueſtras. de dona.inter ui & uxo.& Barto. in l.ſi conſtante.§.quoties.& ibi Alex.§.ſi pater.ſolut. matr. Item niſi cum iuramento:ut per doc.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. Ioan. de Imo.in c.cum contingat.lvij.charta.de iureiu.x. membro.& ibi Abb.ad ▪ & Pau.conſi.clxij.uel ſeq. & in d.l.ſi conſtante.§.quoties.ſolu.matri.& in d.l. ſi quis pro eo.contra Anto.de But. in d.c.cum contingat.& contra Bar.ibi in ij.colū. contra quem tenet Pau.de Caſt.conſil.clxviij. ubi plene loquitur. Item niſi coniunctus, uel extraneus principaliter ſe obliget pro dote, non ſimul cum marito ſecundum Pau.in d.conſi.& in conſilio præcedenti.Itē niſi duo fratres,uel pater,& filius per Barto.& Alexan. in d. §.quoties.

Fideiuſſor dotis eſt triplex,per Bal. in l.dotis cauſa.in fi.ff.ſolu.matri.

Fideiuſſor in dotem dari non poteſt,ſed correus ſic ſcilicet principalis.in Spe.de do.inter uir. & uxo.§.ij. uerſicul.illud quoque.& ibi Bald.in addi.uerſic. ſecundo.& Bartol.in l.ſin.in fi. C. de do.cau.non nu. ubi not.Quod tene menti pro cautela dotis. & plene per Alex.in d.§.quoties. ubi Bar.

Fideiuſſor pro dote an dicatur,qui promittit tempore contracti matrimonij ſe obligare pro dote.Pau. de Caſt.in conſi.clxvij.& clxiij.

† Fideiuſſores duo,puta pater,& filius,quando promittunt dotem filiæ,ille,ad quem pertinet totum negotium,ſeu onus dotandi,intelligitur principalis,& alter fideiuſſor.d.Pet.Phi.Cor.in conſ.cxxiij.incip.uiſo.in litera c.in j.parte.

Fideiuſſor ſocietatis an,& ad quæ teneatur, uide Pet.de Peru. in trac. ſocieta. xv. parte.ij. in iiij. col.

Fideiuſſor ſocij an teneatur in ſolidum, uide ibidem. ſecunda colū.Et dic quòd ſic. l.uerum.& ibi Bartol. ff.pro ſocio.

Fideiuſſor ſocij non habet beneficium competens principali,ſcilicet ne teneatur ultra, quam poſſit.d. lege uerum. Sed cautela eſt quòd faciat reum principalem comparere,qui ſuſcepto in ſe iudicio opponat exceptionem prædictam.Bar.ibi.

Fideiuſſor ſocietatis an teneatur finita ſocietate.ibidē. Pet.de Peru.in d.xv.parte.iij. col.

Fideiuſſor de euictione datus non poteſt petere ſe eximi ab obligatione, niſi re euicta niſi forte diu ſteterit obligatus. Bal. & Ioan. de Imo.in l.facere poſſe.ff.ſolu.matr.Cy. in l.ſi pro ea.C.manda.& ibi Bald.contra.Sed Barto. in d.l.facere. tenet quod etiam ſi diu ſtetit obligatus, non agit ut liberetur,niſi prius euincatur.& Bald. in l. ſi pater.de colla.& Io.And.in addi.Spe. dē iud.§.ſpecialia.uer.ſi uero.in prin.Itē per Alex. in l.Lucius. ff. mandati. dicit poſt Bald. in d.lege facere, quòd poteſt petere ſe liberari a promiſsione non ab obligatione.

Fideiuſſor de euictione efficitur, & cōueniri poteſt ex proceſſu agitato contra principalem, etiam ſi ipſe nunquam fuit citatus ad illum proceſſum.l.authorem.& ibi Bal. C.de euictio.

Fideiuſſor pro euictione obligatus an teneatur de euictione, quando uenditor ipſe agit contra emptorem cōdictione ex lege.l.ſecunda. C.de reſcinden. uenditio. Item

Fideiuſſor pro euictione an teneatur de euictione, ſi uenditor ſit reſtitutus aduerſus contractum uenditionis. Bar.ꝗ ſic.in l.j.C.de fideiuſ.mi.uide gloſ. in l.ij.eo. titu.

Fideiuſſor de euictione non tenetur, quando contractus uenditionis eſt contra legem. l. cum lex. & ibi doc.de fideiuſ. Alex.conſi.xc.iiij. parte.

Fideiuſſor de euictione obligatus hēt electionem an uelit reſtituere feudum euictum,an intereſſe.l.ſi fideiuſſor.ff.de doli excep.& Bart. in l.ſi inſulam.iij. opp.ff.de uerb.obli.

Fideiuſſor de euictione debet præſtari per obligatum ad dandum quando dat.infra uerb. obligatus. uerſic.xxxvj.

Fideiuſſor de euictione quomodo pręſtetur.Bar.& Alexan.in l.j.§.ſtipulationum.ff.de præto.ſtipu. & in l. fi.ff.de reſcin.uend.ubi dicit dandum eſſe pro omni euictione a quocunque facienda.Quod etiam tenet Bartol.in lege penul.§.fin.ff. de peri.& commo rei uendi.& in l.ſi poſt.C.de euic.ubi etiam dicit Bart. quòd actor,& emptor debent iurare ꝙ non fraude agant. Item

Fideiuſſor de euictione dari debet,quando euictio imminet in limine contractus. l. ſi poſt. C. de euic. & & Bart.in l.j.C de bo.mat.l.pen.§.ante.de peric.& commo.rei uendi.Bald.in l.ij. §. non idcirco.C.de contrahen.empt. ubi etiam dicit non dari,ſi actum ſit ne detur. Item non debet dari,niſi ſit euicta.d. lege ſi poſt.

10 Fideiuſſor pro euictione ſi offeratur nouus, quando primus non uult amplius ſtare in obligatione, an detur creditori inuito.Bal.in l.ſi pater. C. de colla. & in l.j.§. j. ff. ſi cert. petat. Angel. in Repertorio. uer.Venditor dicit ꝙ non,ſed uolenti dandus eſt eque idoneus.

Fideiuſſor de euictione poteſt appellare a ſententia lata in cauſa euictionis.l.a ſententia.iij.reſponſo. & ibi Bart.ff.de appella. & infra.Fideiuſſor appellat. uerſic.iij.

Fideiuſſor de euictione per uenditorem non eſt dandus,niſi actum ſit.glo.in l.pacta conuenta. de contra-

trahend.emp.l.emptori duplam, in princi. de euic. quo casu debet dari idoneus. Et quid si fuerit actū de dando certum hominem,& ille noluit fideiubere,uel decessit:uide in Specu. de emp. & uendi. §. j. uer.sed quid si in instrumento.& uer.præce. & uer. seq.l. non idcirco. & ibi Barto. de contrahen.emp. nec debet dari non subditus.Ioan.de Pra. in l. neq; fœminis.ff.de procura.argu.l.si fideiussor. qui satis. cogan.

Fideiubendi de euictione pro minore uendente quæ sit forma,uide in Specul.eod.tit.§.iiij.in prima forma.

Fideiussor de iudicio sisti an liberetur, si reus sistendus in iudicio decessit ante, quam fideiussor ipsum sisteret.Barto.post glo.quòd sic, in l.si decesserit.ff. qui satisd. cog. si fuerit adiecta pœna,aliàs non:ut ibi,& in l.cum stipulatus sim mihi a Proculo.de uerbo. oblig. unde non tenetur sistere hæredem, ut ibi not. Alexand. l. sancimus. ad fin.C.de fideiuss.Item uerum est, si decesserit ante moram.ibi.

Fideiussor de iudicio sisti non uolens sistere reum,qui fugit,uel est absens, sit cautus ut euitet pœnam, ut offerat se paratum eum defendere, dummodo non requiratur præsentia eius.Casus sing.in l.si eum. in princip.& ibi Alexand. ff. si quis cau. & in l. sancimus.uer.& si quidem.C.de fideius.& infra.in Sp.de accus.uer.sed quid si.

Fideiussor de repræsentando idoneus esse debet, nisi sit coniuncta persona.l.j.& ibi doct.& Alexan.ff.in ius uo. ut eant.

Fideiussor de iudicio sisti debet de nouo præstari per hæredem defuncti sistendi.no.Bal. & Alex.in l.si decesserit.qui satisd.cog.

Fideiussor de iudicio sisti, uel de soluendo, tenetur soluere,si bannitus sit is,quem sistere promisit. j. Promitens. uer. lv.

Fideiussor de iudicio sisti,& iudicato soluendo, non tenetur ad quartum plus propter contumaciam, uel negationem principalis Bar. in l. prima.ff. de in litem iuran.nisi una sententia tantum feratur condemnatoria,& in quarto pluri,sed Rapha. & Alexan. ibi.

Fideiussor de iudicio sisti non dicitur propriè fideiussor.no.in gl.in l.ij.§.si quis.ff. qui satis. cog. sed ibi Alex.tenet contra,secundum omnes doct. uide gl. & Bal.in rubrica.C.de fideius.

Fideiussor de iudicio sisti habet beneficium discussionis,ut plenè per Alexand.post Bald.Pau. & Lud. in d.§.si quis.ubi dicit uerum in ciuilibus, non in criminalibus.Item dicit uerum in ciuilibus, si conueniatur ad interesse, & præcedat obligatio principalis: secus si conuenitur officio iudicis ad sistendum, secundum Bal.ibi Item

Fideiussor de iudicio sisti ad interesse conueniri debet uia ordinaria,sed executiuè ad sistendum. Ange. & Raph.& Pau.de Cast. in l. ij. §. in fideiussorem. & ibi Alexand.qui satis.cog.Interesse autem probatur probando debitum principale.Alex. in d. §.,& l.iij.

eodem tit.

10 Fideiussor de iudic sisti potest esse filius pro patre. s.Fideiussor quis.uer.xiiij.

Fideiussor de iudicio sisti pro deportato,liberatur per deportationem.not. in l. natura. & ibi Bartol. qui satis.cog. Quod uerum est,nisi in casu, quo deportatus potest stare in ciuitate:ut in l.is, qui reus. de publi.iudi.secundum Ange.& Alex.in l. si decesserit.qui satis.cog.

Fideiussor de iudicio sisti, & de prosequenda lite usque ad finem, debet præstari etiam per actorem, licet immobilia possidentem.Alexand.in d.l.de die §.primo.in fin.qui satis.cog. per authen. generaliter.C.de epis.& cle.& Alex. in l. sciendum. qui satisd.cog.

Fideiussor de iudicio sisti non potest peti post lité contestatam.s.Cautio de iudicio sisti.uer.iiij.

Fideiussor de iudicio sisti liberatur succedendo actori, uel econtra,& alius est præstandus.l.de die.§.si fideiussor.qui satis.cog.

Fideiussor promittens sistere aliquem in iudicio, non uidetur prorogasse iurisdictionem, & renuntiasse priuilegio fori. not. in l. prima. & ibi Alexand. si quis in ius uoc. non ie. nisi promiserit parere mandatis curiæ illius iudicis.Bald.Pau.Rapha. & Alex. in d.l.j.

Fideiussor actoris de prosequenda lite præstitus a procuratore sine mandato, liberatur per superueniens mandatum,Ang.& Alexan. in l. Iulianus. qui satis. cogan.

Fideiussor si promittit simpliciter representare, uel toties,quoties,uel semel,rursus,& iterum,uel ad omnem iudicis uoluntatem, quando liberetur, omnino per Alexand.post Pau.de Cast. & Lud. in l.si finita in prin.de dam.infect. & infra eodem. uer. xx. † Et per Fran.Are.in l.duobus reis.de iureiur. §.si ei, qui.& per do.Alex.de Imo.in consi.cxliij. in j. col. in secunda parte.]

Fideiussor de præsentando non respectu alicuius litis tenetur perpetuo ad præsentandum. Bald. in l. iij. ff.qui satisd.cogan.Sed Barto.contra in l.penul. C. de fideius. quòd si non fuerit requisitus intra duos menses,si non exhibeat, liberatur : uide ibi, & in l. sancimus.eod.tit.Sed Barto. ubi supra dicit de quatuor mensibus.

Fideiussor de iudicio sisti, an liberetur perempta instantia,uel actore non prosequente.Alexan. in d. l. iij.& Bar.in l.grege.§.& post lit. in d. l. cum apud. iudi.solui.

20 Fideiussor de representando, & faciendo omnia, quæ in iudicio sunt facienda,non tenetur representare post sententiam, sicut si toties, quoties iudex uoluerit. Alexand.in d.l.iiij.Barto.in l.si quis reum. de custo.re. per Alexand. in l. legem. de fideiuss. & Bald.in d. l. iij. Sed Bald. aliter loquitur in l. qui crimen.C.qui accusa.non pos. Et quid si promisit præsentare quandocunque.Alexand.in d.l.iij. & supra, uer.clausula Pœna toties.uer.pen.in clausulis contractuum.

Fideiussor de defendendo, non tenetur post sententiã. lege cum quærebatur. & ibi Bar. in fi. prin. iudica. sol. Alexan. post Pau. de Cast. in l. Græce. in princi. de fideiusso.

Fideiussor de repræsentando laicum coram iudice laico, non tenetur repræsentare, illũ factum clericũ. Car. in cle. j. ix. q. de censi.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur ad pœnam, si non sistat, & pœna non sit apposita. l. fi. & ibi doc. & Alex. ff. si quis in ius uoc. non ie.

Fideiussio de iudicio sisti coram iudice incompetenti, non ualet Bal. & Alex. in l. 2. §. si quis. ff. qui sat. cog. Idem dicunt quandocunque iudicium non ualet, uel si præstetur excommunicato, uel bannito prohibitis agere.

Fideiussor de iudicio sisti, & de parendo mandatis curiæ, non tenetur post sententiam. Bal. in Specu. de reo. j. col. & Alexa. in l. Græce. de fideiusso. & in l. si quis. de custod. reo. & melius in l. si finita. in princi. de damno infect.

Fideiussor de præsentando liberatur per primam præsentationem, quando promisit pro absente. Alex. in d. l. Græce. & in consi. xv. iij. parte. Pau. de Cast. in lege duobus. §. primo. de iureiuran. & Ioann. And. in Specu. de accusa. in addi. Odof. Vide etiam Paul. de Castro, omnino. in lege secunda. §. finali. qui satisda. cog. & ibi Alexand. qui tenent idem. & in lege si finita. in principio. de damno infecto. † Et per Francisc. Are. in l. duobus reis. §. si ei, qui. de iureiurando.]

Fideiussor liberatur, si præsentatus fugit de carcere. Bal. in l. qui crimen. x. col. qui accus. non pos. & Alex. in l. si quis. de cust. reo.

Fideiussor si promittit de iudicio sisti, uel præsentare certo loco: uide in Specul. de dolo, & contuma. §. secundo.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur se obligare sub pœna. l. 3. §. fin. ff. qui satisd. cog. & sup. Fideiussor qualiter. uer. xxi.

30 Fideiussor aliquis est de iudicio sisti usque ad sententiam: de quo in auth. offeratur. C. de lit. contes. & in l. j. qui satis. cog. Aliquis est qui datur nuntio, uel officiali de eundo ad iudicium: de quo in l. j. ff. si quis in ius uo. non ierit. & in l. j. in ius uoc. ut eant. Ita Bar in d. l. j. si quis in ius uoc. non ie. nec debet sistere negotio transacto. in Specul. de salar. §. iij. uersicu. sed pone.

Fideiussor de soluendo po. liberatur, licet principalis mutet statum. Bar. in l. capitis. de fideiu. & Ale. in l. si uero. qui satis. cog.

Fideiussor de iudicio sisti an conueniatur prius, quam principalis. Angel. in authent. de fideiuss. in princ. collatio. j.

Fideiussor de iudicio sisti an detur post sententiam: & quid de fideiussore de parendo mandatis curiæ. in Specu. de reo. uersi. sed quid si quis generalius. & per Alex. in l. si finita. in princ. de dam. infec. & not. in d. l. Lucius.

Fideiussor de iudicio sisti an petat se liberari ante tempus. in l. si mandato. ff. mand. quòd sic. & Bald. in l. si pro ea. j. oppo. C. eo. titu. Contra tenet Bal. in d. l. si mandato. Ludo. in l. Græce. in fi. de fideius. Alex. in d. lege Lucius.

Fideiussor de iudicio sisti tenetur sistere usque ad sententiam, si actor litem prosequitur: alias tantum tenetur sistere usque ad sex menses. gloss. & Barto. in l. tertia. ff. qui satisdar. cogantur. & l. sancimus. C. de fideiuss. no. in l. Græce. ff. eod. tit. Vide Barto. in l. si quis reum. de custo. reo. & infr. e. uer. 36. imò ad duos. secundum Bar. & Alex. in d. l. iij. sed aliter loquitur Bart. in l. pe. C. de fideius. in l. qui crimen. C. qui accu. non pos.

Fideiussor de iudicio sisti debet possidere immobilia. no. in auth. de ex hi. reis. §. sancimus. col. v. secundum Gul. uide per Bart. l. j. & ibi Ale. in l. possessor. qui satisd. cog.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur sistere post sententiam eum, qui est condemnatus, & pro quo fideiussit. l. Græce. post litem. ff. de fideiusso. Bart. in si quis reum. de custo. reo. Bartol. in lege tertia. qui satis. cog. l. cum apud. & ibi Bar. iudi. sol. & Bald. in addi. Spe. de accu. uer. no. qualiter. l. cum apud. iudica. sol. Idem in promittente aliquem sistere, per Alexand. in l. eum, pro quo. de in ius uocan. & in l. j. si quis in ius uoc. non ie. Vide Bal. in addi. Specu. de reo prima colum. & Alex. in d. l. 3. Quod est uerum, siue à sententia sit appellatum, siue non, secundum Bal. in addi. Spe. de appel. uer. quidam promisit. Quod est uerum, nisi obligauerit se ad sistendũ quandocunq;, & coram quocunque iudice, & in cã appellationis. secundũ Ang. Are. in tra. malefi. uer. fideiussit. 1. col. Sed Bal. in l. Iulianus. vi. col. qui satis. cog. sing. dicit quod si est appellatum, & prima sententia est simpliciter confirmata, cum ex prima detur actio, fideiussor tenetur etiam in cã appellationis. Secus si sententiæ iudex appellationis aliquid addidit, uel detraxit: quia tunc agitur ex secunda, fideiussor non tenetur. Item fideiussor prædictus liberatur, sublato iudice, coram quo fideiussit. d. l. cum apud. iudicat. solut. quæ habet locum, etiam si iuramentum interuenit, secundum Bal. in d. l. Iulianus. vi. col. per gl. no. 3. q. 4. quòd bene: nec tenetur sistere coram successore iudicis, nisi dictũ sit, uel nisi promiserit sistere ad mandatũ curiæ. d. l. cum apud. & ibi doc. & tenet Abb. antiq. in c. præterea. de testib. & Bal. in Mar. uer. promittens. uer. ij. allegat. l. 1. iud. sol. & tenet Gofr. Io An. & Bu. in c. 1. quod me. cã. & do. Phi. in c. ad hæc. de appe. & uide in Specul. de reo. uersicu. sed quid si generalius.

Fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo pro procuratore Titii, aut pro substituendo ab eo, tenetur pro utroque Bald. in l. cum quidam. C. de uerbo. signifi.

Fideiussor de iudicio sisti qualiter recipiat, & de eius materia, uide in Spe. de satisd. §. 2.

Fideiussor de repræsentando aliquem in iudicio quã teneatur, si non repræsentat. in Specul. de accu. §. 3. uersicu.

uersicu. quando autem.& in §.vj.uer.sed si dedit.& seq.& supra eod.uer.xvij. cum tribus seq.ubi uide, quid si non possit repræsentare.& s̄.eo.uer.v.xj.& † xxvij. †Et Dy.consi.xxix.

Fideiussor de repræsentando, an teneatur repræsentare bannitum, uel excusetur,dum bannum durat.in Spec.ubi supra.uersi.item quæritur. ecce.& not.in lege sed si quis.§.rei capitalis.ff.si quis cau.& in lege si decesserit.qui satisd.cog.& in Virgiliana,ti.de comparatione. iij. colum. q̃ si ante latum bannum sit præceptum de repræsentando,debet repræsentari,non si post: ut ibi.& uide omnino Bart.in lege si uero pro condemnato.in fin.principij.ff.qui satisda. cog.ubi dicit q̃ non liberatur, si opera sua fuit bannitus reus repræsentandus: alias sic,nisi quando bona banniti non essent publicata: ut ibi plenius per Bart.& melius per Alex.& Barto. in l.capitis.de fideiuss.

Fideiussor de repræsentando an incidat in pœnam, si principali non sit factum præceptum pœnale de se repræsentando.Bal.in addi.Spe.de do.& contu.uer. ij.ubi sing.loquitur.

Fideiussor de repræsentando aliquem sub pœna corporali,non potest obligari.Bart.in l.iiij.ff.de custo. reorum.

Fideiussor de repræsentando aliquem cogitur tam actione ad interesse,quàm officio iudicis, ut præsentet. Bartol. in lege cum, pro quo.ff.de in ius uocando.

Fideiussor de repræsentando intra decem dies, an constituatur in mora, si ei non præcipiatur quod repræsentet intra decem dies.Pau.de Cast. in consi.clxvj.

Fideiussor si promittat de iudicio sisti, uel præsentare certo loco,uide in Spe.de do.& contu.§. ij.

Fideiussor iudicatum solui pro Titio, uel eius procuratore,debet soluere pro utroque,secundum Bald. in l.cum quidam.C.de uerborum significa.& qualiter obligatur. Bartol.in lege † j.in fin.ff.iudi.sol.†Vide textum,& ibi Bart.& Pau. in l.cum apud.ff.iudic.solui.& in l.ij.C. de procur. Gloss.ibi.

Fideiussor iudicatum solui debet etiam defendere, & iudicio sistere.lege iudicatum solui.ff.iudica.solui. Ioan.de Pra.in lege si defunctus. §. fina. ff. de procurato.

Fideiussor iudicatum solui tenetur etiam ad usuras. † Bar.in l.quæro.in prin.ff.locati.†Et per Fran. Are. in l.j.de in litem iuran.

Fideiussor iudicatum solui cōuentus potest petere terminum ad denuntiandum domino principali. qui ueniat defensurus.Casus est in auth.ut om. obe.iu. pro.secundum unam lect.& Ange. columna sexta. in iiij.colum.

Fideiussor iudicatum solui potest conueniri etiam coram iudice rei principalis.Bal.in addi.Spe. de compe.iud.ad.uer.laicus.Item

Fideiussor iudicatum solui in una instantia datus non tenetur,si iudicatur ex alia instantia.l.si quis alio.& ibi Bar.ff.de iudic.

Filius præsumitur quis in tempore.in Sp. de feu. §. ij. uer iij.

Filius est pars paterni corporis. Vnde

60 Filius est talis, qualis est pater.in Spec.de feu. §. ij. post uersicu. v. Item est talis filia, qualis est mater. ibidem Vnde uersus: Sæpe solet filius similis esse patri: Et sequitur leuiter filia matris iter.vj.qó. prima si quis.

Filius an debeat obedire patri in cunctis. Aulus. Gel. lib.ij.c.vij.

Filius maioris natu non intrat locum patris in actu, in quo pater & maior est deputatus. Alex.consi.iiij. iiij.parte.

Filius a patre non est separandus.eo.§.

Filius non debet dedignare sequi dignitatem patris.e. tit.& §.ij.post.uer.vj.

Filio præsumitur prouidere uelle pater, sicut sibi. eodem.§.

Filius excusatur ex præcepto patris.eod. §. uersic. xv.

Filius, uiuo patre, est quasi dominus rerum paternarum.l.in suis.de suis,& leg.& in Spe. de dona. uer. quid si pater.

Filiorum & nepotum fauore est interpretatio faciéda. in Sp.de test.§.j.uer.pone.

† Filij caro dicitur quodammodo caro patris agmentata. Licet ergo efficiatur nouus homo propter nouam animam, tamen non dicimus primum hominem omnino extinctum: quia quando una res extinguitur,& altera eius loco subrogatur. prima non dicitur omnino extincta.do.Barth.Soci.in consi. clij. incipien.uisis.uersi.ad tertium respondetur.cica medium.in secunda parte.]

Filius q̃s esse quomodo probetur, uel non esse.uide.ĩ. uer.filiatio.per discursum.

Filiorum appellatione, uel filij in numero singulari, compræhenduntur omnes filij, nisi sit adiectum nomen proprium.Barto.in lege si quis ita.ff.de testa.tut.& in l. qui filiabus.§.primo.de legat.j.& in lege.Gall us.§.instituens.ad fin. de libe. & posthum. Item nisi in materia odiosa. l. prima.§.sed incertum.& ibi Barto.ff.de uen. in pos. mit. Vnde statutum de sorore locum habet, etiam si sint plures: ut not.in d.l.si quis ita. & ib Barto. & in d.l.qui filiabus.§.primo.Item non ueni is, quem testator credebat esse mortuum. Barto.initd. lege si quis ita. Item nec is, quem testator non credebat † habere. Barto. Ibidem. † In substitutione fideicommissaria non uenit nepos.Decius con. ccxviij. col.iij.

† Adde hic quod filius licet regulariter sit denominãdus a patre, ut in c.ij.de conuer.in fi.tamen sæpe fastus superbiæ recognoscit cognatos potius, quàm agnatos, secundum Io.An.& hosti.in c.Ray.de test. & ibi do.Abb.in principio dicit quod filius quandoque denominatur a matre, sicut ille, qui uocabatur Raynutius de clera.Contrarium tñ debet esse de iure: debet enim filius denominari a patre,& nó a matre.c.Raynaldus.e.tit.Et hoc, quia sequitur familiã & agnationem patris,& non matris: ut in d.c.ij.Insti.de legi.agna.tu.§.j.sed hoc contingit, secundum Io.An.aut propter fastũ superbiæ, quia mater erat nobilis: uel quia forte dudum decesserat pater,& sic denominatus fuit a matre, aliàs non. ex quo infert ibi Abb. ꝙ in dispositione filij fit quandoque mentio de patre, uel de matre, non quòd dispositio, uel eius effectus conferatur in patrem, uel in matrẽ, sed causa demonstrationis: per id, quod uoluit Barto. in l.cum aliquis. C. de iure delibe. Ego addo quòd legitur,& no.in l.nullus.C.de decu.lib.x. & ibi uide Bar.ꝙ in honoribus,& dignitatibus, quis sequitur patrem, & non matrem: quia nemo potest habere ab ipsa matre quod mater non habet,& uide glo. in cap.dicat aliquis.xxxij.q.iiij.& Bal. in l.fina. C. de seruis fugi. ꝙ filius non est nobilis quamuis mater sit nobilis: quia cum nobilitas sit quædam dignitas a parentibus deriuata, quæ denominatur a potentiori causa,& certum est quòd potentior est for-

ma, quàm materia, cum forma sit agens, & materia patiens, & omne agens sit nobilius patiente: de quo uide per doct. in d. capit. ij. Tamen in Franciæ constitutionibus aliter obseruatur, puta in consuetudinibus Senonum, ubi mater nobilitat filios. Alibi tamen dicitur quòd Iesus Christus denominatus est a matre quia dictus est de stirpe Dauid. & in c. nouit. de iudi. Potes dicere quod negari non potest quin natus ex nobili muliere non dicatur nobilis, & sic participet aliquid de nobilitate, cũ omne cõpositũ participet de materia & forma. xxxij. q. iiij. c. fi. & Sp. in tit. de feu. §. quoniam. uersic. v. Ita dicit Bal. in d. l. fi. Vide gl. no. in d. c. dicat, quæ ponit tres casus, in quibus filius sequitur patrem & unum in quo sequitur matrem.

Filij nascituri an ueniant appellatione filiorum natorum. Old. in consi. xciiij. ✠ §. fi. inst. de tutel. Aem. Ma. Ma.

Filiorum appellatione in legato alimentorum an ueniant filij nati tempore testamenti tantum, uel etiam alij nati post. per Alexand consil. clxx. secunda parte.

† In substitutionibus filiorum appellatione an ueniant fœminæ Calcan. suo consi. xlvij.

Filiorum appellatione in dispositione clerici ueniunt adoptiui, & spurij legitimati. Posthumus. uersiculo decimo.

Filiorum appellatione etiam posthumi continentur. l. si quis filiabus. & ibi Barto. de testa. tu. & Insti. qui da. tu. pos. §. si qui filiabus. quod est uerum, etiam in contractibus, ut quando pater stipulatur pro se, & filijs. l. si quis operas. ff. de ope. libe. Institut. qui da. tu. pos. §. fin. cum glo. & Ludo. Pon. in sing. uerb. Filius. uersi. quæro utrum. text. & Barto. in l. qui filiabus. in prin. de leg j. & glo. & Bar. in l. Titius. in prin. de lib. & post. ubi uide tex. & Bar. in l. qui quartam. §. fi. de leg. j. quòd

Filiarum appellatione etiam posthuma continetur, quando testator habet unam tantum filiam natam. d. §. fin. Item uerum maximè, quando non sunt filij nati, quia de nascituris intelligitur. Pau. de Cast. consi. clxxviij. uel si unus tantum natus est, & instituit filios: quia etiam de posthumo intellexit. Idem si de eo fecit mentionem in testamento, & patrimonium est amplum. & extraneus est hæres, uel quomodocunque sciuit uxorem prægnantem. Bar. in d. l. qui filiabus. & Bal. in l. quicunque. v. col. de ser. fu.

† Fallit in emphyteusi ecclesiastica. Dec. consi. clxxj. col. ij. circa finem.

Filiorum appellatione uenit etiam, qui est in utero nõdum natus. l. ij. §. filius. ff. ad Tertul. secundum Bal. in l. precibus. ix. col. C. de impu. & ali. subst. & not. in l. qui in utero. ff. de sta. hom.

Filiorum appellatione etiam filiæ fęminæ continentur l. si ita scriptum. in princip. & ibi Barto. de legat. secundo. & in l. si quis ita. in princip. de test. tut. Dyn. & doct. in l. qui duos. de lega. iij. Bald. in l. prima. C. de legi. hære. Bal. & Alexand. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uoc. ubi plenè. Bartho. Cep. in l. j. x. q. de uerb. sig. Pau. de Ca. in con. ccclvj. ubi dicit, quid in substitutione, si sine filijs decesserit. & con. ccclv. & consi. lxxvij. Quod est uerum in materia fauorabili, non in odiosa. l. j. §. sed & si incertum. de uen. in pos. mit. & tenet Bar. in d. l. si ita scriptum. de leg. ij. Item uerum, nisi ex coniecturis colligatur mens testatoris contraria: ut si testator ostenderit plus affectionis ad masculos. Bal. in consi. in Christi nomine amen: quia allegationes. Item uerum, nisi sit statutum quod extantibus agnatis fœmina non succedat quia institutio filiorum facta a patre, intelligitur secundum mentem statuti, uidelicet de masculis tantum: non si sit facta ab extraneo: secundum Pet. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. & Alexan. consil. xiiij. iiij. parte. ubi idẽ dicit in substitutiõe de filijs. Vide plenius in his terminis per And. Barba. consi. spectabilis. quod est post consil. xlvj. Alexand. de Imo. in iiij. parte. Item substitutio, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit intelligitur de masculis, & fœminis: secundum Ioan. de Imol. in l. cum auus. de condi. & demon. & Lud. Bolo. consi. inuocato diuini, &c. vj. colum. quod. est post consilium Alexand. xlvj. quarta parte. Quid in emphyteusi supra Emphyteusis stipula. uersi. lxxij. non econtra, quod filiarum appellatione non ueniunt filij masculi: ut ibidem. † Adde Io. An. in Nouella. in c. indemnitatibus. de elec. in vj. in ij. col.]

✠ Filiorum appellatione, tam fœminæ, quàm masculi continentur. l. maximum uicium C. de lib. præte. l. si quis ita. ff. de testam. tutel. l. si ita scriptum. ff. de le. ij. Doct. in c. Raynaldus. de test. Dec. co. ccccxiiij. num. 3. & 4. co ccccxcj. nu. 2. & 3. co. dlviij. nu. 8. co. dlxx. nu. 9. Iaco. Phil. Por. Imol. co. vj. nu. 19. Ae. Ma. Ma.

Filiorum appellatione, etiam unus filius continetur. gloss. & Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. el. j. ff. ad Treb. l. iussu. de uer. sig. l. pater. de cond. & demon. l. qui quartum. §. fi. & ibi Bar. de le. j. l. si quis ita. de test. tute. & ꝟ. uer. Numerus. uersicu. v. & infra. Testator.

10 Filiorum appellatione ueniunt etiam trãsuersales, usque ad quartum gradum, non ultra petitionem. & ibi Bal. C. de aduo. diuer. iudi.

Filiorum appellatione non compræhenditur legitimatus de proprietate uocabuli. Bal. in l. eam, quam xv. col. de fideicommis. per c. naturalis. si de feu. fue. contro. Vide Paul. de Castr. in consi. cxxj. Vide omnino. ꝟ. Legitimatus. uer. j. ij. xvij. & per discursum. & Alexand. in l. sed si hac. §. patronum. de in ius uocando. † Vide Alex. consi. ij in j. col. uer. confirmatur secundo. uol. j. Quid in emphyteusi ecclesiastica, Dec. ꝙ non consi. clxxj.

Filiorum appellatione non ueniunt spurij in fauorabilibus. Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substi. quem etiam uide in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & omnino per do. Ale. in l. ij. de his, qui sunt sui, uel alieni iur. Vide in leg. Lucius. §. Dame. & ibi glo. & doct. de leg. ij. & in l. fin. ff. de iure delibe. per gloss. & doct. in cle. j. de bapti. & in d. c. statu-

statutum.de hære.in vj. gl.in c.in præsentia.& ibi Abbas de probat.Cyn.in l. quisquis.ad legem Iul. maie.Bald. in l.tutelas.C.de capi. dimi.& in l.fi.C. de uerb.signi.& in l.parentes.de in ius uoc. & Bar. in l.pronuntiatio.de uerb.signi. & in tracta. de insig.& armis. † Vide Alex. j. uol.consi.ij.col.j.uer. confirmatur secundo.

Filiorum appellatione ueniunt spurij in prohibitione nuptiarum.Bald.in d. l. cum acutissimi.non tamen in odiosis, ut in statuto de filijs bannitorum expellendis:ut ibi per Bal.Vide Angelum in consi.in nomine Domini amen: Domina Francisca condidit testamentum ubi dicit statutum de filijs uel nepotibus non habere locum in naturalibus tantum. & tenet Cyn. in d.lege. quisquis.ad legem Iul.maie. & per Ange. in consi.xxxiij.duo sunt genera filiorum.& Gemi.in c.statutum.de hære.el.ij.

† Filiorum appellatione in substitutionibus an contineantur nepotes:uide pulchre per do.Decium post alios per eum relatos ibi.in cõsi. xcv.in iij.col.uer. uenio ad secundum in j.uol. †

Filiorum appellatione in statuto non comprehenduntur naturales tantum secundum Ang. in d.consi.& Cyn.in d.l.quisquis.Sed Lud. Pon.in l prætor.iii. col. de in ius uoc. dicit quod statutum de compromisso inter patrem & filium fiendo intelligitur etiã de filio naturali tantum.uide Bal. in l.libertum.C. de inter.ma.& supra.Bastardus.uer.iiij.& sequen.† Et per Felin.in c.in præsentia.de proba.in princip. ix.col.]

Filiorum appellatione an ueniant naturales tantum, uide in l.qui filium.de iure delib.& in l.hæredibus. in fi.& in l.ex facto.§.si quis rogatus. & ibi Barto. ff.ad Treb. ubi plene loquitur quid in contractibus,& quid in sententia,& quid in l. Item uide in l. lege Iulia.de ri.nup.& in l.generaliter.§.cum autẽ. & ibi Bal.C.de instit.& substit.Bar.in l.pronuntiatio.ff.de uerb.sign.& Bal.in l.fi.C. eod.tit.ubi doc. & in l.Lucius.§. Dame. & ibi Barto.de leg.ij.quod sic,etiam si sunt in seruitute concepti:ut ibi. & in l. cum pater.§.uolo.& ibi Barto.eo. tit.& in l.ij.ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iur.& in Spec.de loca.§.vj. uer.lxvij.& seq.& omnino per glo. & Car.in cle.j. ix.q.de baptis.& melius per Alexan. in l.ij ff.de in ius uoc.& melius per Gemi.in c. statutum.ij.de hære. in vj.ubi uide de statuto de filijs. † Et uide Frã. Are.in l.si is,qui.de uulg.& pup.in medio.j.colum.

† Adde quod in contractibus,filiorum appellatione non uenit monasterium:uide Pic. in l.Titia cum testamento.§.Titia cum nuberet.ff.de leg. ij col.fin. circa finem. Et ibi quid in sententijs, quid in statutis,& c.uide ibi remissiue.

Filiorum appellatione in concessione feudi an comprehendantur bastardi,uel naturales tantum supra uer.Feudum.uersi.cxxvij.

† Filius non præsumitur ex eo quod quis sit nutritus in domo alicuius, nec tenetur nutritor eum ut filiũ instituere : nam filij non semper nutriuntur in domo:ut in l.quidam cum filium.ff.de uerbo.obl.Ab. in c.transmissę,qui fi.sint legitimi.

Filiorum appellatione comprehenduntur etiam adoptiui.l.cum adoptiuus.C.de decur. li.x.l.si ita quis. in fi.de leg.ij.l.adoptiuum.de in ius uoc. & ibi doc. & Alex.ubi ponit quid in lege, statuto, priuilegio, & contractu : & an in stipulatione clerici pro se, & filijs.Bald.& moder.in l.si quis posthumos.in prin. de lib.& posth. sed dicitur contrarium ibi. Dy.dicit quod feudum non transit ad filios adoptiuos.in d.l.si ita quis.in fi.uide in l.fideicommissum.de con di.& demonst.quod improprie. c.si adoptiuus.fi de feud.fue.contro.& doc.ubique.Bald.Ange.& Imo. in lege.si quis posthumos. de libe. & posth. l.quisquis C.ad legem Iuliam ma. Specu. de loca. §. vj. uer. lxviij.

Filiorum appellatione an cõprehendatur monasteriũ & excludat substitutum. infra uer. Filius hæredis. uersi.primo. in prima.columna. circa medium. ibi. item nisi sit monasteriũ, &c.& in uerbo, Monasterium succedit.uer.iiij. & xxx.ubi melius in Spe.de loca.§.vj.uer.cliij.

† Filiorum appellatione an contineantur fœminæ,si, in pluribus locis quis fecit expressam mentionem de filijs masculis:uide pulchre per do. Philip.Deci. in consi.xv.in j.uol. †

Filiorum appellatione etiam nepotes ueniunt, non tamen ulteriores. Barto.in l.liberorum. in princip.ff. de uer.sig..etiam per Alex. l.filius.C. ad Maced.l. filium.ff.eod.titu.& ibi Barto. & Bald. in d.l.filius. Sed imo in infinitum comprehenduntur descendentes,non transuersales. Inno.in c. si uero.de sen.excomu.& Bald.in Marga. uer. Mater. Quod est uerum,nisi quando esset communis usus loquendi,secundum quem nepos non dicitur filius. Anton. de Butr.in proœmio Decre. & Alexand.in d.l.liberorum.iij.col.quod not.item uerum, nisi quando lex derogat iuri alterius,secundum Bald.sing in l.secunda.C.de bo.ma.Item ueniunt filij primi gradus tantum in dubio.Ange.in l.Lucius testã.in princip.de lib.& posthu.tenet Alexan.in l. liberorum.de uer. signific.ubi dicit secus in appellatione liberorum † Vide Alex.j.uolu.consi.j.col.vj.Adde quod in substitutione fideicommissaria, filiorum appellatione non ueniunt nepotes.Dec.consi.ccxviij.col.quarta post.princi.uersi. ultimo quæritur.

✠ Filiorum nepotes non uenire appellatione, §.fina. Instit.de tut.l.Quid si nepotes.ff.de test.tute.l.filiũ deffinimus.ff.de his qu.su.uel alie.iur. su.l.Iusta interpretatione.& ibi Dy.ff.de uerb. sign.Barto.in l. liberorum.in prin.ff.e.de uerb.sign.Bal.in l.Maximum uitium.co.iiij.C.de liber.præt.in d.l.filium. not.ij.ff.de hi.qu.sui. in l. Gallus.§ instituens. in l. Titius.in prin.ff.de lib.& posth.Dec.co.xcv. nu.5. Iacob.Phil.Port.Imol. co.xv.num. 34.Aem.Mar. Man.

Filiorum appellatione etiam pronepotes continentur.l.j.§.si quis.& ibi Bar.ff.de suis,& legit.

20 Filiorum appellatione an,& quando ueniant nepotes:uide omnino per Alex.in l.sed si hac.§.liberos. ff.de

ff.de in ius uo.& per ipsum in consi. quarto. quarta parte.& per ipsum in consi.lxxxiiij. quarta parte.& in consi.primo.parte prima. & in consi. ix.ea. parte.& in consi.cxxviij.ea.parte.Bar.plene.in d.l. liberorum . prima & ultima col.gl.in l.uxorem.§. concubinæ.de leg.iij.tex.no.quod non,in l.quod si nepotes.ff.de testa.tu.& Barto.idem sentit in l.Gallus.§.instituens.de lib.& posthu.sed in d.§.concubinę.dicit contra,quando profertur a testatore.Vide Bald.in l.maximum. C. de libe.præte.& in cap. decedenti.qui feu.da.pos.in usi. feud.Ang.in auth. de restit.fideicom.ultim.colum.colla. ix.Spe.tenet quod sic,in tit.de succes.ab intesta.& in tit.de actore.post uer.item quod est filiusfa.in Specu.de loca. §.vj.uersi.cxlvj.Adde quod non continentur nepotes in priuilegijs lege prohibente. l.iubemus.§.fin. & ibi Bal.C.ad Treb.& Nico.de Neapo. in l.sed si milites.de excusa.tu.in princi.aliàs sic.Bart.in consi. in Christi nomine amē:quia in priuilegio refert. & per Alexand. in l. etiam. solut. matrimon.Item nec quando non fit mentio de filijs, & de gradu:secundum Bald.in d.§.fin.& Alexand.in d.in l.liberorum. Et quid in rescriptis. Bartol. ibi. & Petr. de Anch. in cle. j. de baptis.Item nec in statuto quod pater non teneatur pro filio.Baldus.in l.filius.C.ad Maced.Item nec in dispositione legis. l.sed si milites.§.nisi fortassis.per Barto.ff.de excu.tu.Sed Bal. contra in d.l. filius. Item nec priuatio filij extenditur ad nepotem.Bald. in d. l. maximum.iij.colum. Item nec quando qualitas adiecta filijs non cadit in nepotibus.l. fin. & ibi Bartol.C.de natura.liber.& Alexand.in dicto consi. iiij.Item nec quando statutum prohibet statuta interpretari, uel subaudiri:secundum Baldum in d.l.maximum ultium.iij. colu. sed aliter dicit in l.si uero.§.de uiro. soluto matrimonio.& Rose.in arbo.consan.lxxvj.colum.& supra.uerbo Filia exclusa.uersi. xxj.Ludo.Pon.consi. cxix.quod improprie sic, non proprie.Item nec cō tra ius commune.Bar.in d.l.sed si milites. de excusa.tu.Item nec in pœnali dispositione statuti.Bartolus in l.ij.§.filijs.ad Tertul.& in l.quod si nepotes. de testa.tut.Item nec quando filijs est prohibita alienatio.Bar.in l.Lucius.§. primo de lega.iij.Ang. in authen.de restitu.fideicom.§.fin.Cy. in l.uoluntas C.de fideicom. Sed continetur nepos appellatione filij, quando testator consueuit eum appellare filium alias non.Bartol.in l.alimenta.ff.de ali.& cib.lega.Item & in feudis.c.si clientulis. uersi. & si clientulus.& ibi Bald.de alie.feu.& in c.quæ in ecclesiarum.xiiij.col.de constitu.Alex.in consi. ciiij. quarta parte.Sed in substitutionibus, & in statutis, uide per Pau.de Cast.in consi.clxx.& in præceden. & Alexand.consi.ix.prima parte.non in contractibus:per Bartolum in d.leg.liberorum.& Alexand. in l.si tibi. §. si pactus.de pact. & in consi. lxxxiiij. quarta parte.Salic.in l.ij.xxj. quæst.C.de iure emphy.Pet.de Ancha.in clemen.j.de baptis.Anto.de But.in cap.in quibusdam.de priuileg.Ioā. de Imo. in l.quod dicitur.antepe.colum. de uerb.obl.l.cum inter.de condi.& demon.& Bal.in l.in suis.de libe. & posthu.& l.cum uir.de condit.& demon.& Alex, consi.cxxviij.prima par. quod non in contractibus. nec in emphyteusim. De quo etiam per Alexand in l.etiam.solut.matr.

✠ Filiorum appellatione in ultimis uoluntatibus, fauorabilibus,non odiosis ueniunt nepotes. l.Lucius. ff.de hæred. instit. Barto in l.liberorum colu.quarta.ff.de uerb.signif.Anto.Butr.in c. in quibusdam. colum.pen.de pœn.Illust.Card. Zab.in c.ij.de uerb.signif.Ancar.in c.j.col.ij.de baptis.Alex.co.ix.col. ij.uol.j.co.v.col.ij.uolu. iij. Andr.Barbat.in co.xj. col.viij.uolu.ij.Corne.co.ccvij.uolu.ij.Dec.consil. cclxxxvij.nu.6.Ae.Mar.Man.

† Filiorum appellatione an contineantur nepotes uide Ioan.And.in c.fundamenta. de elec. lib.vj & in c.in quiqusdam.de pœnis.Inn.in c. ad extirpandas. de fi.presby.glo.& doc.in c.in præsentia. de proba. Abb.in procemio Greg.in cap. per tuas. de proba. Bald.in l.lege.xij.tabularum.C.de legi. hære. & in l.si uxor.C.qui accu. non pos. & in l. si instituta.§. de inofficioso.ff.de inoff.test.post Barto.& uide ibi Ang.& Bal.in l ij.C.de succes.edi.& ibi Sal.&Ang. & Bald.in l.auunculo.ff. de dona. & in l.nihil.ff.de in rem uerso.& in l.si dotali.ff.solu.matrimo.Ang. in d.l.Barba.in repeti.l.cum acutissimi. C.de fidei com.in xix.col.tex.& ibi Bal.in c.j.§.similiter.qui. mo.feu.amit.Bal.in repe c.si pater.de testa.lib.vj. in xxix.col.Gul.de Cu.Bal.& Pet. de Anch.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.Io.de Imo. in.d.§.de inofficioso. Abb.in consi.lxxx.in ult.colum. Fred.de Senis consi.xxxviij.& uide Alexand.consi.lxj.in primo uolumine.Abb.in c.tua nos. de consan. & affi. gloss.& doc.Insti.qui testa.tu.da.pos.doc.in l.liberorum.ff.de uerb.sign.glo. & doct. in cle.unica.de baptis.& in l.filij.ff.de uerbor.sign.& in l. liberos. in fin.ff.de senato. & in c. ubicunque.de pœnis.lib. vj. Et conclude quod continentur nepotes, & alij descendentes, etiam in odiosis,secundum Innoc.in d.c.ad extirpandas.sed gl.in d.cle.unica.dicit quod appellatione libellorum comprehenduntur nepotes ex filijs & alij descendentes. per d.l.liberorum. appellatione tamen filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes.per d.§.fin. Insti.qui.da.tu. pos.casualiter contra, per d. l. filij. Et in prædictis locis habes an appellatione nepotis ueniat filius filij uel filiæ,uel filius fratris, seu sororis : & an appellatione filiorum comprehendat nepos ex filia: uide Lud.Roma.consil. cxxix. incipien. licet magna apud me fuerit dubitatio.

✠ Filiorum appellatione , quanquam in odiosis non ueniunt nepotes, in feudis tamen , ut fauorabilibus ueniunt Alex.co.xvij.uol.v.Dec. co.ccclv.nu.51. 52.Ae.Mar.Ma.

Filiorum appellatione inter uirum & uxorem ueniūt filij nati ex eis,l.cum uir. & ibi Barto. ff. de condit & demon.

Filiorum appellatione non uenit nepos ex filia.c.statutum.de hæreti.in vj.& Bald. in lege.j.uer.quæro cum

eum interdum.in lect.antiq. C. de condi.inser.ubi omnino uide tex.& doc. & in Specu. de loca.§.vj. uersi.cxlvj.

Filiorum appellatione an comprehendantur nepotes ex interpretatione, an uero ex propria significatione.Bal.in l.maximum.quarta.colum.de libe.præte. & Bar.in l.liberorum.de uerbo. sign. & in l.in suis. de libe.& posthu.& Pet.de Ancha.in clem.j.de satisda Et quæ dicitur propria significatio. Bartol.& Alex.in d.l.liberorum.

Filius putatiuus non cogitur adire hæreditatem sibi delatã iubente sibi patre putatiuo incerto.Bal.in l.j.ix.q.C.qui admitti.in ix.colum.an acquirat patri. Fran. Por. de duo. fra.secunda.parte.xv. q.

Filius putatiuus an repetat alimenta patri præstita, quem postea inueniat non esse patrem, & econtra. Bart.in l.j.§.competit.ff.si mul.uen.no.an succedat in feudum.Franc. Por. de duo. fra. secunda parte. xiiij. q.

Filius in potestate patris est, & esse præsumitur, nisi sui iuris esse probetur Insti. de pa. po. &) j.C.eo.ti.& ibi doc.& l.ij. eo.tit.& ibi Bal.in l. circa.de proba.& j.eo.uersi.iij.iiij.& fin.

Filius præscribit libertatem aduersus patriam potestatem.gerendo se pro patrefa. & pro libero per uiginti annos, sciente, & patiente patre suo. l. j.cum gl.& doc C.de pa.po.glo. & doc. per Bal.in l.ij.C. si aduer.rem iud.in Spec. de actore.post uersi.item quod filiusfam. & Andr.Barb.consi.clementissimi Dei.quod est ultimum in quarta.parte consi. Alex. de Imo.

Filius quia in potestate patris esse præsumitur, non præsumitur dominus rerum, quas habet. l.ij.& ibi Bal.C.de pa.po.

Filius legitimus præsumitur esse sub potestate patris. Bar.in l.Titia.ff.sol. mat.nisi sit in possessione existentię sui iuris.gl.ibi.

Filius quando dicatur gerere se pro libero. Bald. in l. secunda.C.si aduer.rem iudi. l. ij. & ibi Barto.ff.ad Macedon.

Filiusfa.sui iuris non tenetur actione negotiorum gestorum.nisi quatenus factus est locupletior:per tit. quod cum eo.Barto.in l.Pomponius la. ij.ff.de nego. gest.

Filius in potestate patris constitutus uendi potest ex cã famis.l.ij.C de pa.qui fil.di.secundũ Io.de Imo. in l.j.iiij.col.ff. de uulg.& pupil.in Spe.de feu.§.ij. post uer.v.

Filius in potestate patris habentis estimum in libro communis,non excluditur ab officio per statutum excludens non allibratos.gl. sing. in l.j.C.qui æta. libr. x.

Filius in potestate,uel etiam emancipatus,uel adoptiuus, habitans cum patre insultatus ad domum patris,dicitur insultatus ad domum suam,ut insultans puniatur pœna statuti,licet domus sit patris,uel matris. Ang.in l.j.§.domini.ff.ad Sillania.

10 Filius natus ante deportationem patris est legitimus,sed non in potestate patris.Bart.in l.ex facto. §.ex facto.ad Trebel.& ibi Ang.secus in filio banniti nato post bannum. Ang. ibi.

Filius etiam suus hæres, licet non præscribat titulo pro hærede,tamen præscribit, si uenit e x capite agnatorum,& ita si possideat.Bald.in rubr i.extra de præscr.v.col.Alex.in l.j.pen.col. C. qui admitti.& in l.in suis.iiij.col.C.de libe.& posthu.

Filius prohibitus succedere ab intestato, desinit esse suus. Bartolus. in lege prima. §. sciendum.de suis, & legi.

Filius gerens se pro patrefami. non iuuatur Macedoniano.l.iij.in princip.ff.ad Maced lege.secunda.C. eod.tit.

Filius Gallicus non est in potestate patris,ideo potest testari de iure ciuili, etiam de bonis aduentitijs. Bald.in cap.j.§.j.in fin. de duobus fratri. de no.bene.inuesti.

Filius patria potestate liberatur per monachationem patris. Barto. in l.patri.ff.de adulte. & infra.Patria potestas.leg.patre.de his, qui sunt sui,uel alie.iuris per Bar.

Filius non est in potestate matris,uel auiæ, nisi sit tutrix mater,uel auia:quia tunc ipsa tutrix dicitur habere filium, uel nepotẽ sub potestate sua. tex.sing. cum gl.secũdum Bal.Philip.de Fran. in c.ex parte. de appellatio.

Filius bastardus non est in potestate patris.infra uerb. bastardus.uersi.xxvj.

† Filius bastardus non dicitur de domo: Deci.consi. lxxxv.circa finem.

Filius est in potestate patris,non matris. l. furiose.ff. cur.furi.& Institu.de pa.po.

Filius nondum natus non est in potestate patris.Bart. in l.si a primo.ff.de libe.& posthu.

20 Filio in potestate patris constituto quando, & ad quid sit dandus curator in Spe.de actore. post uer. item quod est filiusfamilias.

Filius quibus casibus liberetur a patria potestate. Instit.quibus mod.ius pa.po. sol.per totum.& in Spe. de tutore.§.iij.uer. sed quæritur. & infra Patria potestas.uer.x.cum tribus sequentibus.

Filiusfamilias non est sui iuris,sed sub patria potestate.Spe de sen.§.vj.uer.quid de filiofa.

Filiusfa.præsumitur esse in potestate patris, nisi probetur esse emancipatus in Spec. de obli.& sol.§.iij. uer.quid si filius aliquis. & supra eodem. uersiculo primo.

Filius emancipatus si non alat patrem inopem,potest in potestatem reuocari. lege prima.C. de ingra.lib.& Bartol.in lege.alimenta.§.fin.de libe.agno.& in tracta.alimentorum,uer. quæro circa hoc, &c.

Filius rixosus,& ingratus, potest inuitus emancipari, & ex omni causa,ex qua posset præteriri in testamento.Ang.& doc in l.utrum.ff.de uerbor.obliga. Bald.in l.nec auus.de eman.lib.& in l.quãuis.C.de fideicom.

Filius emancipatus esse non præsumitur, nisi doceatur.

tur.l.ij.& ibi Bald.C.de pa.po.& ĩ.uer. Emancipatio,uer.xvj.

Filius emancipatus potest dotem suæ uxoris a patre repetere.Bald.& Ioan. de por. in l.si constante.§.si exhæredato.sol.ma.per Baldum.in l. secunda.C.fa mi.ercis.

Filius etiam emancipatus, uel adoptiuus, habitans cū patre,uel cum matre,potest agere contra insultantem, quia insultatus dicitur ad domum suam, ex quo habitat in ea,licet sit patris, uel matris. Ange. in l.prima. §. domini.ff.ad Sillan. & supra eod.§.j. uersi.xxix.

Filius an petat se emancipari a patre grauato emancire.gl.& Bar.in l.cogi.§.si pater.ad Treb.& ĩ.Pater emancipat.uer.iij.

Filius nimis molestus patri cogitur consentire emancipationi Bald.post Bar.in l. nec auus.C.de emanci. lib.

Filius emancipatus quomodo propter ingratitudinē reuocetur ad patriam potestatem.in Spec. de natis ex lib.uen.uer.sed & liberti.& seq.

Filius emancipatus an grauetur in testamento patris computare sibi in legitimam id,quod habuit ex causa emancipationis.supra.Emancipatus.uer.xx.

10 Filius emancipatus ab intestato, non succedit simul cum filio in potestate:quia quo ad successionē intestati non est submota differentia emancipationis, & patriæ potestatis, secundum Alberi.de Rosa.& Ang.de Vbal.in rubr.C.qui admit.ad bo.pos. penulti.col.

Filius emancipatus non tenetur pro contractibus ante celebratis nisi quatenus potest facere. l.ij.& l.si ex alio. C.quod cum eo.& ibi Bal. & doc.Item nisi post multos annos.l.sed si ex parte.§.pen. eo.ti Itē nisi pro delictis ante commissis.d. l.sed si ex parte. §.quanquã.ff.eo.ti.Item nisi incontinenti post contractum fecerit se emancipari. l. prima.§.primo.& ibi Bartol. ff. si quis testa. lib. & Bartho. Cepo. in cau.xxvij.

Filius emancipatus mercator nō potest carcerari pro quocunque debito. Bal.in l.si ex alio.C.quod cum eo.an emancipetur ad unum actum.Barto.in l.cum filius.de uerb.obli.Item

Filius sui iuris factus quibus casibus teneatur quatenus facere possit. in leg.prima.& ibi Barto.ff.quod cum eo.

Filius emancipatus non potest testari in præiudicium patris licet pater ex priuilegio possit testari in præiudicium filij emancipati.Bald.in l. fi.C.de fruct.& lit.expen.

Filius emancipatus moriens uiuo patre an transmittat ad patrem hereditatem matris sibi relictam sub conditione emancipationis.Bal.in l.filius.in fin.C. de inoffi.testa.

Filius emancipatus facta sibi cessione a patre de dote ei promissa, an gaudeat beneficio statuti disponentis quod ad ipsius petitionem instrumentum dotis promissę habeat executionem paratam. Bald.in l. ubi adhuc.vij.col.C.de iure dotium.

Filius emancipatus non excusatur a delicto propter iussum patris. Bartolus. in lege filius. digestis. de falsis.

Filius emancipatus an succedat in feudum. Fran.Por. † in tra.de duo.fra. ij. parte.vj.q. † Et per Fran. de Curte in tertia. parte sui tracta. feud. in secunda. q. prin.]

Filius emancipati an dicatur agnatus auo. Fran.Por. in tra.de duo.fra.tertia parte.lxxv.q.& an succedat auo.lxxiij.q.

† Filius emancipatus hodie succedit ad similitudinē suorum, licet sententia loquens in suis non habeat locum in eo.dom.Bartho. Soci. in consi.cclx.incipien.in causa uer.præterea in casu.circa prin.in secunda parte.

† Filius emancipatus habet reliquias præcedentis seruitutis:& ideo eius præteritio pro exhæredatione non habetur dom.Barth. Soci.in dicto consilio. cclx.eo uer.& loco.]

20 Filij emancipati materiam supple.ĩ.uer. Emancipatio. per totum.

Filius bastardus uulgo quæsitus an succedat matri.Instit.ad Tertu.§.fi.& l. si qua illustris. C.ad Orficia.

✱ Filius ex matrimonio incestuoso per coniugum ignorantiam, palam & publicè secundum ecclesiæ consuetudinem, (quod Aperte demostrat. coniuges non incestum se admittere, sed matrimonium contrahere exist·masse.c.ij.ubi Abb. qu.fil.si.sit.legit.c.cum inhibitio, & ibi Abb. de clandestin. despon.Bar.in l.ij.C.de hi.qu.ex publi.rati. mut.pecu.accep.li.x.) contracto Natus, quò ad omnia est legitimus, & non tantum ut legitimus succedere alijs in bonis parentibus possunt,uerum ēt & in feudis,atque adeò ad sacros ordines promoueri.gloss. in l.qui contrà.C.de incest.nupt.in l.mariti.§.pen. ff.ad l.Iul.de adulter.Abb.in c. ex tenore.in extre. qu.fili.sint.legit.& c.ij.c.referente.e. tit.Bald in §. naturales.col.fin.si de feud.fue. contr. int.dom.& agnat.Iaso.co.clvj.uol.iiij.Ae.Mar. Man.

✱ Filius ex incestuoso matrimonio, quod coniugum alter uerum & legitimum esse existimabat, natus non quò ad ignorantem tantum est legitimus, ut sentit gl.in l.qui contra uer.accerrimo.C.de inces. nupt.& sequitur. Barto. in l.fin.col.ult.ff.de cond. sin. cau. sed quò ad utrunque cum nemo pro parte legitimus, pro parte spurius esse possit, ut nec pro parte liber, pro parte seruus, & parentum utrique succedit.c.ij.& ibi Abb.c.ex tenore,& ibi Abb.qu. fil.sin.legit.Iaco.Are.Alber. & Bal.in d.l.qui contra.Spec.in tit.de successio.ab intestat.uer.sed pone. Iaso. co. clvj.uer.itē quò ad legitimationē.uol. iiij.Ae.Mar.Ma.

Filius bastardus an,& quatenus succedat non extantibus legitimis.gl.Insti.qui.mo.na. effi.leg.§.fi.& in l.si qua illustris. C.ad Orfi. & Ant. Rose.in tracta. de succes.ab intesta.

Filius incestuosus non potest esse testis in testamento patris.infra Incestuosus.uersi.vj.

Filius naturalis tantum succedit in emphyteusim stipulatam pro se & filiis, secundum Dyn. ar. in l. Lucius. §. Damne. de lega. ij. l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebel uide in Specu. de lo. §. nunc aliqua. uersiculo. lxvij. & in cap. in præsentia. de prob. per Io. And. & doc. & supra uer. Emphyteusis stipulata. uersi. xiiij.

Filius natus intra decem menses post mortem patris præsumitur legitimus, non bastardus. Bart. & doct. in l. Gallus. in prin. & infra. ff. de lib. & posth. & uide cuius patris præsumatur, quando uxor die sequenti post mortem uiri transiuit ad secunda uota: uide ibi Bar. Io. de Imo. & doct.

Filius naturalis tantum licet possit admitti ad successionem secundum, uel præter uoluntatem patris non tamen admittitur contra glo. sing. in l. prima. § primo. digestis. de bon. pos. contra tab. secundum Ioan. de Imo in l. ex facto. in prin. viij. col. de uulg. & pupil.

† Filius spurius an admittatur ad successionem paternam, in his maxime, quæ delata sunt in signum nobilitatis, & dignitatis. Et dic quod non meretur inter nobiles nominari. l. humilem. C. de incest. nup. nec capit nomen appellatiuum ascendentium suorum: ut in l. fin. C. de naturalibus liberis. nec familiæ agnationem habet. §. uulgo. Insti. de cogna. suc cess. l. pronuntiatio. §. familiæ. de uerb. sign. nec capit nobilitatem suorum, secundum Bald. in l. cum nuptiæ. ff. de statu hominum. nec potest portare arma nobilium, secundum Baldum. in lege filium. ff. de his. qui sunt sui uel alie. iuris. uide Anton. de But. consilio, suo, uidetur primo. & in c. per uenerabilem. qui fi. sint legi. & ibi Abb. in vij. col. in fine. cum princi. sequen.

Filius spurius an possit emere bona patris. in l. j. §. siue itaque. ff. de natu. lib. gloss. & docto. in l. qui testamentum. ff. de proba. Bar. & doc. in l. si is, qui ex bonis de uulga. & pupi. in Specu. de suc. ab intesta. uersicu. quid si pater. infra. Venditio quibus fiat. uersic. iiij.

† Filius spurius an comprehendatur prohibitione testatoris, in qua uoluit quod bona prohibita non exirent de dominio filiorum, & descendentium: uide do. Barth. Soci. in consi. cclj. incipien quoniam uer. sed ad hanc difficultatem. ibi: succedit nunc quarta difficultas. circa fin. cum uer. seq. in secunda parte.

Filius naturalis tantum uel spurius hæredis, an excludat substitutum. infra Filius hæredis. post principium. in uersi. j.

Filius bastardus quibus modis possit habere de bonis patris. supra uerbo Bastardus. uersiculo. xxx. cum quinque seq. & infra uerbo Pater naturalis. uersicu. xj. ubi plene.

Filius ex legitimo matrimonio scienter contracto inter gradus de iure prohibitos, non legitimatur per dispensationem papæ postea secutam. Bar. in l. Paulus. alias. l. eum, qui. & ibi Alexan ff. de sta. ho. sed si ignoranter, sunt legitimi. l. qui in prouincia. de ritu nup. per gl. in l. qui contra. C. de incest. nu. Idem si alter tantum sciuit, & alter ignorauit. Cardin. in cle. prima. secunda. q. de consangui. & affi. Vide Bal. in l. qui contra. C. de incest. nup. & Bal. in c. naturales. si de feu. fue. contro.

Filius bastardus ex rege uel tyranno, potest matri suę cedere ex testamento, & ab intestato. Bal. sing. in l. eam, quam. C. de fideicommis.

Filij ex marito & uxore nati post ingressum in monasterium, dicuntur spurij. gl. sing. in c. minister. lxxxj. di. Imo. in cap. dudum. de conuer. coniu. Ludou. in singu. C. de religio. uersi. Maritus, & uxor.

Filius spurius an possit inuestiri de feudo paterno. Bald. in cap. primo. prima. colum. qui feu. da. pos. in usib. feud.

Filia ex concubina postea maritata an præsumatur ex concubinario, an ex marito. Bal. in l. si matre. C. de su. & legi.

Filius natus post. x. menses a morte mariti non præsumitur eius filius, & ei non succedit. l. intestato. §. fi. de suis, & leg. sed uide gl. in auth. de restitu. & ea, quæ parit.

✠ Filij. Nati ex soluto, & soluta simul habitantibus. censentur legitimi, etiam si de matrimonio non cōstet, nisi per assertionem præsbyteri eos matrimonium inter se contraxisse affirmantis. cap. illud. de præsumpt. c. peruenit, ubi gloss. & Abb. qu. fil. sint. legit. Abb. in c. lator. qui fili. sint. legi. & Iaso. consi. clxviij. nu. 1. uol. iiij. Ae. Mar. Man.

Filius quomodo probetur esse spurius, si mater erat in matrimonio. Pau. de Castro. consilio. clxxiij. & supra. Filiatio. uersiculo. x. & melius. ℣. Spurius. uersi. vj.

Filius natus pendente lite super matrimonio, an efficiatur sententia lata contra matrimonium. Bald. in in l. fi. C. de li. causa.

† Filius natus ex soluto, & soluta licet in furtiuo accessu, & si mater non fuerit concubina, legitimatur per sequens matrimonium, fauore legitimatiōis, & matrimonij: ut sentit gloss. in cap. innotuit. de electio. & in cap qualis. xxx. quæst. v. per c. tanta. qui filij sint legitimi.

Filius potest esse legitimus, etiam si pater sit in sacris constitutus, si ante sacerdotium eum genuit, & ex legitimo matrimonio, ut contingit in personam Io. And cuius pater fuit magister grammaticæ, & genuit eum tempore quo erat laicus & postea fuit promotus in sacerdotem. Ita narrat ipse Ioā. And. in addi. Spe. tit. de fi. presby super rubric. ubi excusat se contra aliquos sibi impugnantes quod erat spurius filius sacerdotis: ut not. Abb. in c. inter cæteras. de rescrip. in princi.

† Filius punit̃ ꝑpter crimẽ lęsę maiestatis a patre cōmissum: nā efficitur infamis & excludit̃ ab oī successione patris, & uita ex sola misericordia sibi cōseruatur: ut in l. quis. q. C. ad leg. Iul. maie. canonizata. vj. q. j. quisquis in §. uerū. uer. itē si qs cū militibus. Et est rō quia sępe solet filius similis esse patri: ut no. gl. in d. l. quisquis. & in d. uer. itē si quis. & gl. ī l. quod

quod si nouit.in §.mancipia.super uerbo,non infamate.ff.de edil.edict. Vide docto. de materia in c. uergentis.de hæreti. ubi per doctor. & in c. fęlicis. de pœnis.lib.vj.Abb.in c.uenerabilem.de electio. in ix.col.& in d.c.uergentis.ubi an filius possit puniri temporaliter,& spiritualiter pro patre.

✱ Filiæ eius, qui læsæ maiestatis nomine est damnatus, agnatis, & propinquis succedere ab intestato, aliorumque ex testamento consequi hæreditatem possunt.Sal.in l.quisquis.C.ad l. Iul. maiesta.Ioan. Plat.in.§.publica autem. col. pen.instit.de public. iud.Ange.in tract. malef. uer. tu hai tradito la tua patria.Ias. co. cvj. in termi.uolum. iiij. Aem.Mar. Man.

✱ Filij & nepotes per masculinum sexum descendentes,& filiæ tantum eius, qui læsæ maiestatis nomine sunt damnati pœnas ob parentis crimen patiuntur sec.com.opin.c.statutum fęlicis.de hæret.in vj. iunctis ijs.quæ tradit Salic.& gl. in l.ij.C.ad l.Iul. maiest.Cy.Alber.Bal.Ange.Sal.in l.quisquis.C.ad l Iulia.maiesta.Io.Plat.in §.publica. inst. de publ. iud.Ia.co.cvj.in termi.dub.ij.uolum. quarto.Aem. Mar.Man.

† Licet olim erat honorabile descendere ex prosapia sacerdotum,tamen hodie est ignominiosum, & uituperabile : quia propter prohibitionem ecclesiæ coitus sacerdotalis est damnatus. lxxxj. dist. & lj. dist.per totum. & de filijs presbyterorum. per totum.Abb. in cap. solitę. de maio.& obed. in tertia columna.

Filius bastardus non tenetur instituere patrem sicut econtra. Baldus. in authentic. licet. in fin. C. de na. lib.

Filius bastardus non habet usumfructum in bonis patris relictis filio legitimo infra uer. Vsufructus.

20 Filius legitimus ex fratre bastardo non dicitur coniunctus in materia statutorum.Pau.de Castr.in consil.clxxxj.

Filius ex matrimonio inualido de iure,per errorem tamen contracto,an succedat in feudum.glo.in l.qui contra.C.de incest.nup. Bal. in c.naturales.iij.col. si de feud.fue.controuer.in usib.feud.

Filij ex illegitimo matrimonio an dicantur legitimi uel spurij.Baldus. in lege. qui contra. C. de incest.nu.

Filius ex concubina an succedat cum nato ex eadem postea desponsata.Bald.in lege neque sine.C. de nup.

Filij ex uxore Titij prius despōsata consanguineo Titij an sint legitimi,& an succedant patri. Bal.in addi.Spe.de spon.uer.puella.

Filius incestuosus non dicitur habere coniunctam personam quæ pro eo possit exigi.Inno.in c.nonnulli. de rescrip.Bal. in Marg.uer. Filius. uer.j.nec potest agere sine mandato:ut ibi & Bal.in l.ij.de accusa.& Alex.in l.non solum.§.qui alieno.de procura.& ī. Coniuncta persona.uersi.lxxj.

Filius bastardus non est in potestate patris. l. item in in potestate.ff.de his,qui sunt sui,uel alie.iur. Instit. de nup.§.fi.& Institu.de patri. po.nisi legitimetur in auth.qui.mo.nat.effi.sui.§.generaliter. Quod uerum nisi filius ipse saltē tacite, consentiat illegitimationi.gloss. sing. in l.in adoptionibus.ff.de adop. & Barto. in l fin. ff. de his, qui sunt sui uel alie.iur.& ibi Alex.ꝙ inuitus non legitimatur.& ī. Bastardus. uersi.xxvij.

Filij bastardi an dicantur de domo,& an de patrimonio,& an de familia.per Bar.in l.pronuntiatio.§ familiæ.ff.de uerb.sig.doc.in l.fi.C.eo.tit.& Bal.in l. libertum.C.de interdict.matri, inter tu.& pupil.& Alex.post Bart. in l.tutelas.de capi.dimi.& ī.uerb. Bastardus.uersi.vj.& seq.

Filius ex concubina in articulo mortis desponsata an succedat cum legitimo ex altero matrimonio.infr. Filius succedit.

Filius naturalis excludit fratrem in substitutione . in Spe.de locato.§ vj.uersi.clxxij.

† Singula, Filius naturalis,uel spurius, licet prohibeatur succedere patri tamen non prohibetur succedere fratri etiam ex iudicio,& dispositione patris,casus est de filio naturali ,secundum Barto.ibi,& in l. si is,qui ex bonis.de uul.& pupil.De quo spurio gl. est in.§.fin.in uer.participium. in auth.qui mo.na. effi.sui.quam allegat,& sequitur Barto. in d. l.si is, qui.& illam similiter sequitur do. Iaso. dicens esse ualde notabilem, & reputatam singularem in dicta lege.si is,qui.in primo not.& domi. Alex.ibi, in ij. col.in ulti.no. †

30 Filius bastardus non potest hæres institui coram duobus testibus infra. Testamentum imperfectum. uer.xxij.

Filius ex unica concubina dicitur naturalis tantum: sed ex una de pluribus dicitur spurius . j. Spurius. uersi.xxxvij.

Filius incestuosus non tenetur petere ueniam,quando agit contra patrem:sed uulgo quæsitus sic,quando agit contra matrem.Alex.in l.ij.& sequen.de in ius uocand.

Filius naturalis occidens patrem tenetur de parricidio.infra occidens coniunctos.uersi.xiiij.

Filius bastardus potest facere pacem de iniuria patri illata,non autem spurius.j.uer.Pax a quibus. uersi. antepen.

Filius bastardus an succedat in feudum , stante legitimo postea nato. Fran. Por.in tract.de duo.fratrib. ij.parte.xvj.q.

Filius incestuosus an succedat patri simul cum legitimo Fran.Por.de duo.fra.ij.parte.xxj.q.

Filius bastardus quomodo succedat patri. Fran. Por. in tracta.de duob.fratr. tertia parte.lv.q.& in Spe.

† de succes.ab intest. † Et Fran.Are. in l. si is, qui.de uulg.& pupil.]

Filius bastardus præteritus an rumpat testamentum. j.uer.Bastardus.uersi.lij.

Filius bastardus an excludat patruum, id est, fratrem defuncti.in Spe.de loca.§.vj.uersi.lxxij.

Filius naturalis ut dicatur,quæ requirantur.in Spe.de succes.ab intest.& Old.consi.cxcv.

40 Filius

40 Filius nati post perseuerantiam in matrimonio secutis uerbis firmantibus illud, quod a principio fuit irritum, sunt legitimi: non si uerba defuerunt. Bal. in l. ex libera. C. de suis.

Filijs illegitimis si fiat donatio, uel uenditio, & si instituantur hæredes: uide in Specu. de succes. ab intesta.

✠ Filium naturalem si legitimandum pater cu rauit, & ut legitimum hæredem instituit: non ualet eius institutio, si nullius momenti legitimatio est. l. cum quam & ibi Paul. Castr. col. ij. C. de fideicom. fac. l. fin. ff. de hær. insti. l. nec apud. l. si pater. C. e. & ita in termin. resp. Dec. co. clxxvj. Ae. Mar. Man.

Filiorum bastardorum materiam. ✠. uersic. Bastardus. & †. Spurius. per totum.

Filius legitimatus sine consensu legitim: rum eis non agnascitur nec eis succedit. infra Legitimatio qualiter fiat. uersi. viij. ix. & antepenul.

Filius legitimatus an excludat substitutum patris. †. Filius hæredis. uersi. j.

† Filius legitimatus an excludat substitutum, uide ample Alexan. primo uolumin. consi. secundo per totum.

Filius hæredis an possit legitimari pro parte. in l. j. C. de nata. restitu.

† Filij naturales legitimati possunt, etiam extantibus fratribus legitimis, legitimari, non tamen in maiori portione quàm legitimi institui. do. Bartho. Soc. in consi. cxij. incipi. prima consultatione dicendũ. uer. consuluit in sig. doc. in secunda parte est. ubi etiam in uer. ij. quando esset. ponit quod filius legitimatus, quando ius delatum esset ex causa de præterito, puta ex causa fideicommissi, propter eius spem: non iniuste excluditur.]

Filij ex matrimonio illegitimo scienter contracto nõ legitimantur per dispensationem papæ postea secutam. Barto. in lege eum, qui. alias Paulus. de statu homi.

Filius legitimatus an tanquam posthumus possit reuocare retro alienata per patrem. Bal. quod non. in l. ij. ad fi. C si quid in fraud. patro.

Filius legitimatus non potest repudiare paternam hæreditatem. tex. sing. secundum Ang. in authen. qui. mo. natu. effi. sui §. & quoniam. colla. vij. unde perdit beneficium abstinendi. ibid.

Filius ex famula habitante seorsum a domino, non potest legitimari per subsequens matrimonium Ang. in auth. qui. mo. natu. effi. legi. in si. prin.

✠ Filij ex meretrice, rustica, quauis uel alia humili, & ignobili persona suscepti per subsequens matrimonium legitimantur. c. j. c. tanta. qu. fil. sint legiti. §. fi. in auth. de trient. & semis. §. j. in authen. ut liber. de cæter. l. humilem. C. de incest. nupti. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Iaso. in termin. co. ccxxxiij. uol. ij. Ae. Mar. Man.

Filius ex meretrice: uel alia uili personæ natus, non potest legitimari per subsequens matrimonium. Ange. in authentic. quibus mod. natu. effi. leg. §. sed aliud. col. vj.

Filius ex illegitimo matrimonio non legitimatur per dispensationem papæ super matrimonio cõcessam. Bal. in l. & si contra. C. de nup. & in l. cum quis, in fi. de natu. li. & in l. ex libera. C. de su. & legi. doct. in l. Paulus. de sta. ho. Ant. Rose. in trac. legitima. j. lib. causa materiali. uer. sed quæro an agnati. & infra Legitimatio a quibus fiat. uersicu. xxvj. & §. seq. uersiculo. xiiij.

Filiorum appellatione an compræhendatur legitimatus. supra. uersicu. Filiorum appellatione. uersiculo. xj.

Filius ex matrimonio inualido postea dispensato per papam an legitimetur, ut succedat cum legitimis. Fran. Por. in tract. de duobus fra. secundæ parte. xiij. q. & in iij. parte. xx. & xviij. q.

Filius legitimatus an succedat cum legitimis postea natis. Fran. Por. in d. tracta. iij. parte. xxij. q. nec in feudum. c. naturales. si de feud. fue. contro. & Pau. de Castr. consi. clix. Item

Filius legitimatus an succedat ab intestato. Fran. Por. in tractatu de duobus fra. tertia parte. xxiij. q nec in feudum c. naturales si de feudi fuer. contr. & Pau. de Cast. consi. clix.

† Singula. Filius legitimatus an debeat habere legitimam titulo institutionis, posui in uersiculo. Legitima. †

Filius ex concubina coniuncta in gradu prohibito an legitimetur per dispensationem, quæ fiat ante partum. Franci. Por. in tracta. de duob. fra. tertia parte. xxxij. q.

Filius ex concubinæ an legitimetur ex sola dispensatione matris. Fran. Por. in iij. parte. lx. q.

† Filius legitimatus, & adoptiuus, æquiparantur: tamen de uno ad alium non ualet argumentum. dom. Barth. Soc. in consi. ccxxvj. incipien. quæstio. uersi. quia responsio circa medium. in ij. parte.]

✠ Filius per subsequens matrimonium legitimatus, succedit in feudo, etiam pro filijs tantum legitimè descendentibus concesso. c. cum in cunctis. de electiom. iuncta gl. in c. innotuit. uer. coniugata. de electiom. Bal. in §. naturales. col. fin. si de feud. fue. controuer. int. dom. & agn. ubi And. Isern. Abb. in c. innotuit. col. pen. de election. c. tanta. & ibi Abb. communem hanc Doctor, sententiam esse confirmat. qu. fil. si. legit. Calder. co. v. tit. de feud. co. ij. tit. qui. fil. sint. legit. Iaso. co. clxviij. num 6. uolum. iiij. Ae. Mar. Man.

✠ Filius legitimatus expresse ad feudum, uel ad emphytheosim ecclesiasticam, admittitur. Dec. in ter. co. cccctxxiiij. Carol. Ru. co. clxiij. uol. j. aliud tamen uult. Ancar. co. ccxlj. Alex. co. cxxviij. col. pen. uol. j. Boer. Dec. cxxiij. Ae. Mar. Man.

✠ Filius, ut legitimari nõ potest, nisi ipse consentiat, ita non potest, nisi consentiente patre: §. generaliter. in auth. qui. mod. natu. esse. fi. Bal. co. xin. uol. ij. Per. Anca. co. ccxlij. Dec. co. cccxxxviij. col. fi. co. cccclxxix. nu. 6. Ae. Mar. Man.

Filij legitimati materiam supple. infra uerb. Legitimatio ubi plene. & in Spec. qui filij sint legiti. in auth. qui.

qui.mo.na.effi.leg & Ant. Rose.plene in tracta.legitimationis.

Filius adoptiuus an succedat in emphyteusim stipulatam pro se, & hæredibus, uel filijs. in Spec.de loca.§.vj.uersi.lxviij.& Alexand.in l.adoptiuos.ff.de in ius uoc. Item debet ali. j. Filius ali. uer.ij.in fi.

Filius adoptiuus hæredis an excludat substitutum. infra uer. Filius hæredis.uersic.j.post medium. ibi: sed an filius adoptiuus.

Filius adoptari potest etiam a clerico.doct.in l.si quis posthumos.de episco.& cleri.

Filius arrogatus an succedat in feudum. Bald.in c.primo.§.adoptiuus.si de feu.fue.contro. Fran.Por.de † duobus fratri.secunda parte. xvij. quæst. Et Franc. Curti. iu suo tracta. feud. in tertia parte. in xj. quæstio.]

Filius adoptiuus an ueniat appellatione filiorum. s. uersiculo. Filiorum appellatione. uersiculo. xvij & Fran.Por.in d.trac.de duob. fratri. secunda parte. xvij.quæst.

Filius adoptiuus in causa castrensis peculij non agit contra patrem,nisi petita uenia.Alexand. in l.adoptiuum.de in ius uocan.

† Filij adoptiui an succedant cum alijs : uide do.Pet. Phi.Cor.in consi.lxxxv.incipien.plura.per totum. in iij.parte.]

† Filij adoptiui an excludant sororem, stante statuto exclusiuo fœminarum:uide dom.Petr.Philip.Cor. in dicto consilio. lxxxv. incipien. ead. secunda parte.]

† Filij adoptiui an comprehendantur sub conditione, si decesserit quis sine filijs : uide domin. Petr. Philip.Cor.in consi.supra.allegato,in litera a,ead. parte.]

Filius adoptiuus etiam cum filijs suis fit filius patris adoptantis.in Specu.de feud.§.secundo. & post uersiculo.vj.

Filij adoptiui materiam supple s. uer. Adoptiuus.per totum.

Filius religiosus an fieri possit & ingredi religionem sine consensu patris.Insti. de nup.§.secundo.in glo.fi.& in authentic.de san.epis.§.nunc autem.colla.ix.

Filius clericus beneficiatus perdit beneficium ecclesiasticum ob delictum patris commissum in ecclesiam,uel domum spiritualem, non in domum temporalem.glo. sing. in c.satis peruersum.lvj.di.iuncto.c.j.de schisma.& c.quicunque. de hæreti.in vj. & tenet Ioan.de Imol.in l.insulam.§.j.solut.mat.& supra.Delictum.

Filius ingressus monasterium desinit esse suus patri, ideo hæreditatem non agnitam non transmittit ad monasterium.Ang. in l.j.§.qui sint.ff.si quis omiss. causa testam.contra Bald in l.Deo nobis.C.de epi. & cler.sed tamen retinet ius prioris gradus, & ideo filius eius ab auo præteritus non rumpit testamentum, ex quo est in medio pater monachus. Bald.in authen.si qua mulier.penul. col.de sac.san.eccle.&

† Alex.in l.si ex causa.§.Papinianus.ff.de mino. † Et an sit liberatus a patria pót,ar. uide Frã. Arc.in l.in pupillari.in fi.j.col.de uulg.& pu.]

Filius ingressus religionem uoluntate patris non potest reuocari per matrem. glos.xx.q. secunda.c.si à qualibet.

✠ Filius,cui pater,si religionem profiteretur,uictum, & uestitum reliquit, si & religiosus esse nollet hæredem omnium eum bonorum fecit:hæres est etiam si religionem profiteatur, ita in terminis Respondit.Dec.co.cccccclxxiiij. Ae.Mar.Man.

Filius clericus succedit,nec excluditur a fisco, qui ultimo loco succederet.Bald.in l.apud hostes.in fine. C.de suis & legitimis.Item

Filius ingressus monasterium non potest per patrem exhæredari,etiam ex causa ingratitudinis commissæ ante ingressum text. singu. xix.q.ult.c.fi.§.pen. Sed aliter dicit gl.in auth.de monachis.in prin.Sed Bald. tenet primam opinio. in l. Deo nobis.§.hoc etiam.j.colum de episco.& cleri.ubi etiam uide an succedat patre inuito.

Filius præsbyter,uel episcopus, dicitur liberatus a patria potestate, nisi in his quæ sunt ad sui commodum,ut quo ad successionem patris. Bart. in l.item in potestate.de his,qui sunt sui,uel alien.iuris.Bar. in l.apud hostes.C.de suis,& legiti.

Filius si uiuo patre ingrediatur religionem sancti Francisci, succedunt patri proximiores : sed si post aditam hæreditatem ab eo, tunc bona uacant per ingressum. Bald. in lege si matre. in fin. C. de suis, & legi.

Filius ingressus religionem est exhibendus patri uisuro,non exacturo filium de religione.Baldus.in leg. tertia.C.de libe. exhib. sed uide melius.x.quæst.ij. in prin. cum glo. quæ dicit patrem præsentem non posse reuocare ingressum, sed absentem sic usque ad annum,diem,nec eum peccare reuocando,nec filium obediendo.

Filius monachus an succedat in emphyteusim stipulatam per patrem pro se & filijs in Specu. de loc. §. vj.uersicu.clii.& si monachatur per patrem,& non contradicit,uidetur consentire.Bald.in lege.fin.C. de adop.

Filius religiosus an debeat honorare patrem infra pa pam.uer.cxxxiij.

Filius an remaneat in potestate patris post ingressum suum uel patris in monasterium. in Spe. de actore. post uer.item quod est filiusfami.& in ti.de tutore. §.iij.uer. sed quæritur.

Filius tutor, uel curator patris dari potest. l.si is. qui.in princip.& ibi Barto.& docto ff.de tuto.& cura.da.ab his. & supra Curator.el.j.uer.iij. de cur.furio.

Filius curator patris tenetur eis reddere rationem, non econtra. Barto. post gloss. in dicta lege. si is, qui.& supra Curator.el.primo.eod.uersi.iij.& infr. uer.fina.

Filiusfamilias a tutela nõ excusatur ex persona patris Nico.de Neapo. in lege sed miles. §. qui nimium. digestis.

digestis.de excus.tut.

Filiusfami.defendens patrem an teneatur satisdare.in l.si filiusfa.ff.qui satisd.cogan.

Filius,potest esse procurator,etiam inuito patre.Item potest esse.aduocatus, tutor, iudex,& executor testamenti,etiam sine iussu patris,& patre inuito.Bal. post gloss. in l. fin.§.necessitatem. secunda. colum. C.de bo.quæ libe.& in Spec. de actore.post uersic. item quod est filiusfamil.nec uenia requiritur. Baldus ibidem.Vnde

Filiusfa.potest esse tutor: ut ibi, & l.si filius.de tut.& l.Lucius.de adminis. tuto.

Filius an possit esse procurator patris ad allegandas causas absentiæ in causa criminali, & iura patris, sine mandato.Bal. in lege.exigendi.quarta.q.C.de procura.

Filius patris citati,etiam minor.xxv.annis.compares pro patre auditur. Bald.in addi.Specu.de cita.uer. quando citatus.Item.

Filius potest esse curator patris furiosi. l. de his.ff.de tu.& cu.da.ab his.Quod est uerum, etiam si est debitor,uel creditor patris.Bar.in aut. minoris.j.col. C.quando mul.tu. offi. fun. po. & j.eod. uer. pe. Item petit curatorem patri furioso. l.si pater.& ibi Bar.C.de cura.fur.

Filius tutor an faciat patrem teneri pro tutela. in l. si filius.ff.de tut.

Filius potest esse procurator patris. l.illud quoque. & ibi Bal.communia de manu.

Filius potest esse curator matris. l. furiosæ. & ibi docto.ff.de cur.fur.sicut patris.l.secunda. eo.tit.& s. uersic.ix.

Filius curator patris an teneatur fratri suo tempore diuisionis reddere rationem.Fran.Por.in tracta.de duo.fra.iij.parte.lxvij.q.

Filius notarius potest publicare instrumenta patris notarij mortui:secus si ipse non sit notarius.Ang.& Paul.de Cast.in l.quædam.§.nihil.& † in lege. si quis ex argentarijs. §. cogentur.di ge. de eden. Et per Felin. in capit. super. de testib. in fin.]

Filius notarius esse non potest,uel actuarius,in causa, in qua pater est procurator, quia suspicio in eo est. Lanfran.Brixien.in c.quoniam contra.uersi.sententias.xj.col.de probat.

Filius notarius an possit instrumentum conficere pro patre, uel matre. Bartolus. in lege.si pater. digestis de Fal. & infra. notarius de quibus. uersiculo. xxx.

Filius notarius rogatus de testamento patris,an possit sibi aliquid i testaméto adscribere, & an patri in testamento extranei, & matri. supra uerb. Falsitas. uersi.xj.

Filius fideiussor idoneus non dicitur, etiam pro patre,nisi habeat proprium peculium.lege. filiusfa.& ibi Bald.C.de fideiusso. Sed Bald.in l.ex alio. C. quod cum eo. dicit ibi esse casum quod pro † patre potest fideiubere. † Vide Dyn. in consi. xxxiij.]

Item de iudicio sisti pro patre. l. ij. §.sed filius, qui satisda.cogan.

Filius f. legitimæ ætatis potest fideiubere. l. nulla.C. quod cum eo.Item

Filius an,& quando possit esse fideiussor. no. in l.si filiusf.ff.qui satis.cogan. & in. l. sed si dubitetur.§.si filius.ff.de fideiu.& in.l.filiusfa. C.eo.tit.& in l.iij. §.sed si fideiussor.ff.de pecu.in l.si patre.C.de fideius.& supra.uersiculo. fideiussor quis. uersiculo.xj. xiij.& xiiij.quod sic pro patre. & supra. eod. uersiculo. primo.

Filius idoneus facultatibus potest esse fideiussor. Rapha. Pau. & Alexand. post Bald. in lege. secunda. §. prætor. uersiculo. sed filius. qui satisd. cogan.

Filiusfami. prohibitus per statutum principaliter se obligare,potest fideiubere,nisi in fraudem,& colore quæsito fideiubeat, & re uera sit principalis.Bal. no.in l.si.C.ad Macedo.

Filiusfa. fideiubens pro patre, uel extraneo, succedens ei,non restituitur: alias sic. l.j.C.de fideiusso. mino.

Filius fideiubens cum iussu patris non restituitur in integrum, sicut nec quando iuuatur Macedoniano: alias sic.l.si.C.de fideius.mino.l.iij.§.sed utrum ff. de minori.

Filius fideiubendo obligat patrem de peculio. l. licet. §.sed si.& ibi Bart.ff.de pecu.sicut compromittendo:ut ibi,& supra.

Filius consentiens patri uendenti bona matris præiudicat sibi in hypotheca, quam habet in illis bonis, non auté in hypotheca,quam habet in bonis patris:pro bonis matris:nec etiam præiudicat creditoribus. Paulus de Castr. in consilio. cxv.

• Filius,cui pater,si religionem profiteretur,uictum. & uestitum reliquit, & si religiosus esse nollet hæredem omnium eum bonorum fecit, hæres est etiá si religionem profiteatur, ita in terminis Respondit. Dec. consilio. cccccclxxiiij. Aem. Mar. Man.

† Adde tu dom. Iasonem in l. si unus.§. ante omnia. uersiculo. secunda regula: digestis. de pactis. & Petr. Gerar. singu. xxxij. incipien. tene menti unum.]

Filio consentienti patri suo ob nimiam reuerentiam parcitur. Baldus. in. lege. tertia. C. ad legem. Falcid.

Filius consentiens alienationi rerum sibi donatarum a patre postea alienatæ, sibi non præiudicat. quia potest restitui aduersus illum consensum. l.ij.& ibi doc.C.si aduer.do.

Filij consensus requiritur, quando pater suus administrator legitimus agit in iudicio.l.fin.§.ubi autem. & ibi Bald. C. de bon. quæ liber.Item quando agit procurator patris. Bald. ibidem. Quod est uerum, si filius est præsens:secus si est absens a longe:si uero est prope, debet exquiri eius uoluntas.Bald.ibi post glo.

Filius potest consentire patri nolenti ipsum instituere, sed pterire, uel exhæredare: nec tunc agit de inofficioso testamento. glo. in l. si quando. §. illud. C. de inoffi. testa.

Filius consentiens patri, præsentibus consanguineis ipsius filij, non præsumitur consentire ob metum, uel reuerentiam. Bar. & Bal. & doc. in l. transactionem. C. de transac.

Filius minor cum iuramento potest consentire patri contrahenti. Item patri alienanti bona aduentitia. Ange. in authentic. de nup. §. sed quod sancti. colla. quarta.

Filij consensus, & de eius materia supple. supra. uer. Consensus patris. per discursum, filij, uel fratris. uersi. j. & xiiij.

Filius lucratur cum pecunia patris: ut infra uer. Lucrum & uer. Peculiũ. per discursum. De materia uide omnino Soci. primo. uolu. consi. xcij. col. ix. uersic. circa secundam. usque ad finem. & ij. uol. consi. x. alias. clxij. secundum totum numerum. ubi late de lucro facto per filium ex pecunia patris cui acquiratur. & eod. uolu. consilio. xl. alias, cxcij. co. prima ubi ponit succincte quinque conclusiones.

✠ Filius cum ex paterna pecunia negociatur, lucri dimidia pars patri, dimidia filio cedit. Barto. in l. prima. §. nec castrense. ff. de collat. bono. Dec. in l. illud. colum. iij. & iiij. C. de collatio. Bald. con. cclix. uol. v. Ay. Cra. consi. cxxv. num. 10. con. lxiiij. nu. 4. uol. j. Ludo. Roma. con. cccclxix. Petr. Phil. Corne. co. xxiiij. col. ij. co. cclxvij. col. iij. co. cclxxxv. col. ij. uol. j. co. lxxix. co. cxxx. uol. ij. co. cccxj. col. iij. uol. iij. Soci. co. cxcij. uol. ij. Ae. Mar. Ma.

✠ Filius cum nomine paterno suo negotiatur, sibi nõ patri acquirit, Doct. & Dec. in l. illud. col. fin. C. de collatio. Ang. co. lxxxv. col. ij. Calca. co. xix. col. vij. Ay. Cra. co. cxxv. nu. 10. co. clxv. nu. 4. uol. j. Ludo. Roma. co. cccclxix Ae. Mar. Ma.

✠ Filius ex bonis paternis exercuisse, lucrumq; quæsiuisse præsumitur, Ay. Cra. co. clxj. uolum. j. Aem. Mar. Ma.

Filius lucrans in re patris an habeat illud lucrum sibi præcipuum. Bald. in lege certum. ultim. colum. C. fa mil. ercis.

Filij an lucrẽtur dotem, quam dotans stipulatus est sibi reddi matrimonio soluto sine filijs. in l. inter socerum. §. cum inter. de pac. dot. & Bal. in l. quod sen tis. penul. col. de bo. quæ libe.

Filius studens non tenetur in partem suam imputare sumptus studij sibi præstitos a patre, licet eos male consumpserit. Paul. de Castro. contra Bal. in auth. quod locum C. de colla.

Filius studens tenetur imputare in partem suam sumptus studij sibi præstitos a patre, si renuntiauit successioni paternæ sine iuramento: alias secus. Bal. in l. pactum. xj. q. & ibi Pau. de Castr. C. de colla. & ꝟ. eod. uersi. penul.

Filius studens an teneatur imputare sibi in partem suam sumptus studij. Bal. quod non in auth. ex testamento. x colum. C. de colla. & plenius per Fran. Por. in tractatu de duo. fra. ij. parte. j. quæst. Item

Filius studens potest cum iuramento renuntiare successioni paterne uiuo patre, non sine iuramento: quo casu non ualet renuntiatio, sed computat sibi in legitimam expensas studij: secundum Bal. in l. pactum. x. & xj. q. C. de colla. & ꝟ eod. uer. ij.

Filius aptus ad studium potest studere patre inuito, & petere sibi sumptus præstari a patre: quod secus est si sit ingenij rudis. gl. & Bal. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. ubi etiam dicit Bal. post gl. quod pater nõ potest pœnitere, si sua uolũtate filius cepit studere.

Filius studens an cõferat libros fratribus. ꝟ. uer. Filius confert. uer. ij.

Filij habitantes seorsum a patre non dicuntur de familia patris. Petr. de Anch. & Ioan. de Alama. in ca. quanto. de censi. & Barth. Cep. in tracta. de ser. urba. c. j. in rubr. de furno. & plenius per Alex. con. xlviij. j. parte.

Filij simul habitantes mortuo patre tenentur ad collectam pro uno estimo, si simul inter se non diuiserint estimum patris Bar. sing. in l. tria onera. la. j. ff. de excu. tut Bar. aliter loquitur. in l. qui fundum. §. cohæres. in fin. ubi uide per doct. ff. ad legem Falci. supr. uer. estimum. uer. x. & seq. & per Alexand. ubi supra.

Filius habitans seorsum a patre, quia non potest uiuere cum nouerca, potest petere sibi præstari alimenta a patre. in auth. ut liceat matri & auiæ. §. si uero

† an. † Dico uide quod per Franc. Arec. in l. quidam cum. de uerb. oblig. in. j. notab.]

Filij habitantes in ciuitate, quorum pater habitet in comitatu gaudent priuilegijs ciuitatis, nec ea perdunt uigore statuti quod habitantes in comitatu & filij non gaudeant: quia tale statutum intelligitur de filijs habitantibus in comitatu. Bald. sing. in l. ij. C. de libe. & eo. lib.

Filij gaudent ciuilitate, & æstimo patris. Bart. in d. l. ij. ultim. col. de lib. & eorum lib. ꝟ. Estimum. uer. x. etiam si est emãcipatus, & habitat cum patre. Bar. in l. j. §. domini. el. ij. ff. ad Sillania.

Filius an dicat habitare seorsum a patre, ut comprehendatur a statuto si pater iuit ad habitandum cũ filio. Pau. de Cast. consi. clxxij.

Filius uolens habitare seorsum a patre, an possit repetere dotem suę uxoris. tex. & Bar. in l. si filius. ff. fa. ercis. in prin. doct. & Ioan. de Imo. in l. si cum dotẽ. §. transgrediamur. solu. ma. Ioan. Pra. in l. si constãte. §. j. eod. tit. & Barto. in l. siue. ff. de iure do. ubi loquitur in simili, dicens quod uiuus, cuius mandato, & consensu socer dotem restituit suo uiro eius filio, non potest a socero amplius repetere dotem.

Filius ex quibus causis possit seorsum a patre habitare: per Alex. aliquid. in d. §. transgrediamur.

Filius habitans in domo patris mortui, an præsumatur hæres: uide infra. Filius hæres. uersiculo. xxiij.

Filius habitans in domo patris, uel matris si insultetur ad illam domum habet locum statutum de duplanda

planda pęna contra insultantem ad domum suam. Ang.in l.j.§.domini.ff.ad Sillanian.

Filius habitans in domo matris cum ea, dicitur iure familiaritatis habitare, & non possidet. docto. & Alexand.post Barto.in.l.qui iure.digestis de acqui ren. pos.

Filius ali debet in studio per patrem usque ad finem studij.l.Macedoniani.& ibi gl.& doct. C.ad Mace Quod est uerum: si est boni ingenij, & studiosus,alias non.arg.l.Stichus.de leg.iij.

Filius ali debet a patre.l.si quis a liberis. in prin.ff.de li.agno.l.nec pater.C.de pa. po. & Barto. in auth. licet.C.de nat.libe.& in Specu.de dona.uer.quid si † pater. † Et per do.Soci.in consi.clxxj.incipien.pro decisione præsentis consultationis.in prin in.ij.par te.charta.xix.& per Fel.in c.j.in prin.de magistris & per Bald.in l.j.de iusti. & iu. in.§.ius naturale.c. j.uer.quæro quid si filius.] Est uerum,etiam si pater sit Iudæus.& filius Christianus.Bald.in l.neque.de iure doti.Item uerum,etiam si pater pro filio soluit pœnam de legitima:ut per Bald.in authen.hoc amplius.lv.q.C.de fideicom.in lec.antiqua.& in auth. contra rogatus.ad Treb.Item uerum, etiam si dissi pauit peculiũ. dum tamen sine dolo, & lata culpa, non aliter,secundum Bald.in auth.contra rogatus. C.ad Treb.& ĵ.Item uerum nisi legitimam sibi datam consumpsit dolo, uel lata culpa non leui.Bald. not.in l.ij.§.j.solut.ma.& in auth.si captiui.de episco.& cler.& in l.scimus.de offi. testa.& Alex.in l. si cum dotem.§.j.ff.solut. matri.Item uerum etiam a monasterio patris ingressi,secundum Dy.& Bart. in l.sed si filius.§.item rescriptum. ff. de libe.agno. Item uerum,etiam si habet proprietatem aduentitiorum, quam uendere non potest ut uiuat ex eius pretio,sed debet ali a patre.Bald.in l. fin.§.ipsum. C.de bo.quæ libe.Item uerum,nisi ex causa,ex qua posset exhæredari.l.si.§.idem si iudex.ff.de libe. agno.& ĵ.eod. Item debet ali etiam pendente causa filiationis,uel alimentorum, si est in quasi possessio ne filiationis,non aliter. Bart.in l.si neget.de libe. agno.& glo.in d.l.si quis.§.uel parens. eod.ti.Item uerum,nisi sit ingratus:quia non debet ali ex omnibus causis,ex quibus posset exhæredari. Barto.in l. si patrem.C.de libe.alend.& in l.diuus.de parricid. & in tract.alimentorum. uer. quæro ex quibus.l.si quis a liberis. §. si quis ex his. de libe. agno. & s̃. eo.uersi.Item uerum, etiam si mater petat patrem cogi ad alendum filium.l.ij.& ibi Bar. C.de alẽ.lib. Item uerum,nisi filius posset laborare, & ex labore suo uiuere.Bar.in l.j.C.de men. uali.li.xj.Item uerum, etiam si ipse filius habeat filium suum. Ange. in l. j. C. de diuor.facto apud quem lib.edu.de.Itẽ nisi filius sit artifex saluo honore suo. d.l.si quis a liberis.uer.quod si filius.& ibi Bar. in suo tracta.alimentorum.uersi. item procedit.supra.Item nisi filius habeat unde se alat.Barto. in auth.res,quæ.C. communia de leg.Item uerum,etiam si alimenta iã præstita consumpta sint.Bal.in l.si cum dotem.§.j. ff.solut.matri.ar.gl.ibi.Item uerum,etiam si sit naturalis tantum:secus si est spurius de iure ciuili, secundum gl.in d.l.si quis.§.item rescriptum.uer.iuste.& Bar.in d.tract.uersi.quæro an pater. De iure tamen canonico etiam spurius ali debet.c.cum haberet.de eo,qui pol.consangui.uxo.suæ. & ibi doc. Sed uide glo.Insti.de nup.§.si.& Bar.in d.l.si quis. §.utrum.de libe.agno.Incestuosum uero filium non tenetur pater alere. auth. ex cõplexu.C.de incest. nup.Alex.in l.ij.de in ius uocan.ff. nec econtra.ibidem.Item uerum,etiam si sit adoptiuus. Bal. in authen.nisi rogati.ult.col.C.ad Treb.Item uerũ etiã si sit filius spiritualis tantum,id est,leuatus de sacro fonte baptismi in subsidium.Bald. ibidem.Item uerum,si cohabitet,non aliter.supra uerb.filij habentes.uersi.iij.

† Filius spiritualis an sit alendus a patre spirituali in subsidium Bal.in auth.nisi rogati. colum. fin.C.ad Treb.Et de his filijs uide Bened.in repeti.c.Raynutius.fol.129.col.iij.cum seq.de test.

Filius nisi alatur a patre,tenetur pater de sicarijs,si filius fame moriatur.glo.& Bar. in l.necare.ff.de libe.agno.& Bar.in tracta.de alimen.uersi.quæro an in casibus,& cogitur iudicis officio.Bart.in l.si quis a liberis.in principio.

† Singula.Filius an,& quando debeat ali per patrem in domo propria,in uerbo Alimenta. †

Filius a patre uiuente nihil præter alimenta petere potest de bonis paternis.Bal.in l.quamuis.C.de fidei commis.per l. cum oportet . §. cum autem. de bo. quæ lib.Cyn.in l.non potest de adop.in addi.quod intellige ut supra.

Filius debet ali a matre.lege. si quis.§.j.de libe.agno. Quod est uerum,etiam si sit uulgo quæsitus, & bastardus:ut ibi per.l.si.C.de pa.po.& tenet Barto.in d.l.sed si filius.§.si mater. de libe. agno. nisi mater sit pauper.Barto.in d.§.si mater.Item uerum usque ad triennium ad minus.c.ij.de conuersi.infidelium. & ultra,si pater inops est, & mater diues.l.j.§.si mulier. de libe.agnos. nisi mater sit nobilis,cui turpe sit lactare:secundum Azo.in Summa.de pa.po.in si. & Barto.in consilio,omnes filij minores, &c.in suo tracta.alimentorum.uer.quæro an mater. & Bal.in l.alimenta.C.de nego. gesto. Item nisi mater lacte careat,secundum Azo.ubi.supra.& Bald.in d.l.ali- † menta. † Et per Fel. in c.illud.de præscrip.] Item nisi mater sit santellastra,quæ si lactaret,non posset uiuere.l.sed si hæreditas.§.j.ff.ad exhibend. secundum Baldum in dicta. l. alimenta. Item etiam post terminum,si filius est inops.no.in. l. quamuis. ff.solu.mat. Item uerum, quando matrimoniũ esset solutum diuortio ex culpa uxoris.Item quando matrimonium tanquam inualidum esset dissolutum, extra qui filij sint legiti.c.ij.Item uerum in spurio. ca.cum haberet de eo,qui pol. consan.uxo.suæ.Itẽ uerũ,si mater est furiosa:quia debet filius ali ex dote sequestrata.doc.in l.si cum dotem.§.finautem in seuissimo.ff.sol.ma.& Pet.de Sun.in l.alimentã.C. de nego.gest.quam legit pro domino meo Ioan.de Pra. Item debet ali apud matrem quousque ma-

 ter

ter remarītetur.l.j.C. ubi pu. educ. de. sed post est in arbitrio iudicis Bald. ibidem. & Ang.in auth.de nup.§. eiusdem. colla. iiij.ubi dicit alendum esse apud matrem quousque remarītetur, non post. Item filij sunt alendi de dote matris. Bald.in l.dotem.C. de fal.cau.adiect.lega.per l.si maritus. fami.ercis.

✠ Filius cum sibi Victum suo laboré parare ualet: nec ei labore uictum quærere dedecori, & ignominiæ est futurum, pater ei alimenta non tenetur præstare.l.si quis a liberis.§.sed si filius, & ibi Barto.ff.de lib.agnos.Bar. in l.j. in extre.C.de mendica.ualid. lib.xj.Fran.Curt.minor.in termi.co.cxlviij.dub.j. uol.ij.Ac.Mar.Man.

Filius peccans in corpus suum non debet ali a patre. in Spec. qui filij sint legiti.uer.quid si filia.& ibi Bald. uersi.iij.Imo.potest exhæredari:ut ibi,& ĩ.Filia hęres, uel legataria.uer.ij.

Filius si alatur a matre, quando debuit ali a patre. potest mater repetere alimenta a patre.j. Mater alit. uersi.ij.

Filius potest sequestrari bona patris dilapidantis etiã pro alimentis futuris. Bald.sing.in l.ij.C.si quid in fraudem patroni.Item

Filius facto diuortio apud quem ali debeat. in Specu. qui filij sint legi.uersi.& nota.

Filius præteritus an debeat habere alimenta a fratre instituto pendente appellatione in causa quærelę. Fran.Por.in tractatu.de duobus fra. iij.parte.lix.q.

Filius captiuus an redimendus sit a patre, si lusit pecuniam prius datam pro redemptione. Bald.in l.si captiui.in fin.C.de episco.& cleri.

Filius alere tenetur patrem. l. si quis a liberis. in prin.de libe.agn.gl.Insti.de pa. po. Pau.de Cast.in l.j.§.ius naturale.ff.de iusti. & iur. auth.licet.& ibi Bar.C.de nat.lib.& in Spe.de actore.post uer.item quod si est filiusf. Quod est uerum, etiam si est emancipatus.d.l.si quis a liberis. in prin.& in l.alimenta.eo. ti. ubi dicit quod si denegat alimenta. reuocatur in potestatem. Item uerum, etiam si pater sit bannitus.& hostis ciuitatis, secundũ Bart. in d.l.si quis a liberis.§.j.& in auth. incestas. & ibi Bal.C.de nu.& in l.corruptionem.in fin.C.de usufru.Ang.in auth.de incest.nup. in prin. & Barto.in tractatu alimentorum.uersic.quæro in quo loco.& seq.Sed Bald. contra in c j.iiij.col.de pa. te.in usib. feu.nisi sit bannitus ob pacem ruptam.Bald.in c.j. §.si quis hominem.de pa.te.& Ludo.Pon in l.j.iiij. col.ff.in ius uo. ut eant. Itẽ uerum, licet usufructus sit finitus: quia pur filius banniti patri debet alimenta.Bal.in d.l.corruptionem.ad fin.C.de usufr.Item nisi de dimidia dotis lucrata ex forma statuti per filium, & pater sit bannitus ob homicidium: quia illum de lucro alere non tenetur, secundum Ange.in auth.ut nulli iudi.coll. ix.in.§.ut autem. & Bald.in auth.bona.C.de bo.dam.& Fran.de Are. in tracta. maleficio. uer.publicatus. Item nec patrem incestuosum:per no.per Azo.in Summa.C.de legi.hære.secundum Alexan.in l.ij.ff.de in ius uocan.Item nec de dimidia bonorum homicidæ reseruata filio. cum alia dimidia confiscatur. Ang.in d.§.ut autem & Bald.in d.auth. bona.Item uerum, nisi pater habeat artificium, ex quo possit se sustẽtare. l.si quis. §.quod si filius.de libe.agnosc. & Barto.in tractatu alimentorum.uer.item procedit.Item uerum, si facultates utrique suppetant ad alimenta: alias non tenetur quis arctare uictum suum propter alium. Casus sin.in l.j.§.præterea.& doc. & Bald. ibi.ff.de tu.& ratio dist. & prædicta uera sunt ex iudicis officio.l.Imperator.in fin.ff.ad Treb.Sed quid si pater est infidelis:per Spe.in tit.qui filij sint legi.

† Adde domi.Iason.May.Institu.de actio. uersic.sed & si quis.nume.3.]

Filius putatiuus alens patrem an repetat. supra.Filius putatiuus.uersi.ij.Item

Filius tenetur alere matrem. l. si quis a liberis. §.j.de lib.agno.l.filia.& ibi Bal.C.de pa.po. Quod uerũ, si facultates sufficiant utrique, alias non. l.prima. §.præterea.& ibi doctor.Bald.ff.de tut. & ratio.di. etiam si est pupillus: ut ibi. Item debet æqualiter diuidere alimenta inter patrem, & matrem, quãdo non potest alere utrunque: per. l.furiosę matris.ff. de cur.fur.& Fran.Cremen.in consil. præfato autore quod est ante consilium.lij.Alexan.de Imol.iiij. parte. † Vide Bal.in dicta.l.furiosę.Benedict.in repeti.c.Raynutius.fol.66.col.j.de testa.

Filius non tenetur dotare matrem.Bar.in l.j.§.præterea.ff.de tute.& ratio.distra.

† Filius non tenetur dotare matrem uolentem transire ad secundas nuptias. Iason. in. §. fuerat. in xxij. col.uer.an autem filius teneatur.Inst.de actio. †

Filius hæres an reuocet alienata per patrem per quærelam inofficiosæ donationis, uel dotis, Bartol.quod sic, in l. secunda. C si quid in frau. patro.

Filius imputat sibi peculium in legitimam. Bal.in authen.contra rogatus.C.ad Treb.

Filius nolens institui a patre potest rumpere testamẽtum si nulla causa fuit inserta: secus si causa uera fuit adiecta.Bar.post glo.in l.si quando.§.& generaliter.C.de inoff.test.

Filius hæres, etiam repudians hæreditatem patris, nudo nomine dicitur suus. Casus sing.in l.ij.§.liberti. uersi c.sed si sunt.ff.ad Tertul.

Filius hæres non potest adire hæreditatem patris, uel matris, de quorum morte dubitetur, quia sint absentes.l.nec nos.& ibi Bald.C.de capti.& postli.reuer. & si adit eis mortuis, non potest reuerti ad eorum hæreditatem, qua priuatur tanquam indignus: ut ibi.

Filius hæres habens substitutum uulgarem non dicitur suus, sed uoluntarius. Baldus.in lege.post aditam.C.de impu.& ali.substi.& infra.uer.Substitutio uulgaris:el.primo.uersicu.x.& uersi. Suitas.uersicu.xiiij.

Filius institui debet hæres a matre hodie, sicut a patre. in authentic. ut cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum. secundum Baldum in lege. in suis. de liberis & posthum. Vnde

præteritus

præteritus dicit nullum, si sit præteritus sine causa, secundum Ang. in d. §. aliud. & Bar. in l. filio præterito. ix. col. uer. ij. casu, &c. ff. de in ius. test. Sed cum causa habet quærelam: quia tunc præteritio cum causa habetur pro exhæredatione. ut ibi.

Filius hæres in re certa habetur loco legatarij quo ad transmissionem. Barto. in l. ex facto. ff. de hære. insti.

† Filius incontinenti mortuo patre censetur esse hæres. do. Bartho. Socin. in consi. lxiiij. incip. in causa. uer. quia ad hoc. circa fi. in j. parte.]

Filius non præsumitur hæres patris, nisi probetur. l. nam nec emancipatus. de leg. j. l. cum bonis. de acqui. hære. gl. in l. liber homo. de stipu. ser. Bal. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. sol. ma. ubi Bald. dicit quod creditor agens contra filium ut hæredem, debet probare eum hæredem. & Abb. in ca. primo de solut. & per Alex. plene in d §. transgrediamur. quod etiam tenet Bal. in l. j. in fi. C. communia de lega. & in l. emptorem. in fin. C. locati. dicens quod filius agens præsumitur hæres, sed conuentus non, nisi probet actor. Vide glo. no. in authen. ut hi, qui per hi. obli. res mi. §. quod autem. quod filius præsumitur hæres. Quod etiam tenet Bald. in c. primo an agna. uel fi. & Bald. in l. apud hostes. C. de su. & leg. quod suus præsumitur hæres in dubio, & tenetur ad debita patris. Sed dic ut s. & limita uerum quo ad commodum, ut censeatur hæres, secundum Bar. & Bal. in l. j. C. si ut se ab hære. absti. & in l. necessarijs. & ibi per Bar. de acqui. hære. & gloss. in d. authen. in. §. quod autem. & in l. in suis. de lib. & posthu. & per Alex. consilio. cxxiiij. ij. parte. Bal. autem in consilio, allegationes supra factæ, &c. tenet quod in suis præsumitur aditio, nec est probanda. & sup. Aditio. uer. cxij. Idem Bald. in l. si matre. de su. & leg. dicit quod citius aditio præsumitur in hæreditate ascendentium, quàm aliorum. Et ibi dicit tex.

† quod filius ipso iure succedit patri, & matri. † Adde Ias. in l. filio pater. colu. iij. notab. vj. ff. de lega. j. uide Alex. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matrimo.

10 Filius soluens debita patris præsumitur hæres & tanquam hæres soluere. l. ij. per Bal. C. de iure deli. ubi dicit post Cyn. uerum esse nisi soluendo protestatus sit contrarium, scilicet quod non tanquam hæres soluit. & not. in l. pro hærede. ff. de acquiren. hæredita.

† Filius, etiam infans, beneficio suitatis paternam hæreditatem non aditam in quoscunque etiam extraneos transmittit. Et hoc communi omnium opinione firmatum est, secundum Ludo. Ro. in consi. lviij incipien. uisis narratis in puncto. uersic. quantum ad secundum. Et latius istam opi. firmat dom. Phili. Deci. post complures per eum relatos ibi, in consi. cclj. incip. in causa. in secundo. uol. & Pau. de Castr. in consilio. lxxx. secundum ordinem meum, incipient. super primo dubio, seu quæsito. in princ. in ij. uolu.]

Filij ex eodem patre ex diuersis matribus nati iussi à patre equaliter diuidere bona, intelliguntur iussi diuidere bona paterna, non autem propria & materna, quæ sunt cuilibet præcipua, & diuidere non debent. Bart. in l. cum pater. uersi. dulcissimis. de leg. ij. & in l. Lucius in prin. ff. ad Treb.

Filij hæredes possunt grauari stare simul, & bona communicare. l. Lucius. & ibi Bar. ff. ad Trebel. & supra Diuisio. uersi. xx. etiam quo ad legitimam. j. Grana meu. uer. x.

Filius hæres debet habere alimenta ab hæreditate intra tempora deliberandi. lege. Lucius. digestis. de iur. delib.

Filius petens suppletionem legitimę non perdit commodum testamenti. Paul. de Castro. in consilio septimo.

Filius agnoscēs legatum patris, non potest ulterius petere hæreditatem. in Specu. de testa. §. tertio. uersi. est & alia. Adde. infra. Legitimæ supplementum. uersi. iij.

Filius si iuret attendere testamentum, & disposita in testamento paterno, an uideatur renuntiasse detractioni legitimæ, & Trebellianicæ. Guid. Pap. decis. ccccvij.

Filiusfa. legatarius si repudiat legatum in præiudiciū patris, cui quæreretur usufructus, illud quæritur patri agnoscenti. Baldus. & Alexand. in lege. hærede. §. filia. de pac. per lege. fin. §. primo. de bo. quæ liber.

Filius hæres non implens uoluntatem testatoris, licet priuetur hæreditate, non priuatur legitima. gloss. in authentic. hoc amplius. C. de fideicomm. & ibi Bald. & doct. & Ange. in authen de hæredi. & Fal. §. si quis uero non implens. colla. j. & glo. in c. licet de uoto. & c. Syluester. xj. q. j. Quod est uerum, nisi hæreditas sit indiuisibilis, ut regnum: quia etiam legitima priuatur, cum illa de re indiuidua nō possit detrahi, secundum Inn. & Barto. in l. licet. de uoto. & l. si hæredes. ff. de testa. tu. secundum Flo. in l. si seruus. ff. ad le. Aqui. & j. Item uerum, nisi pater uiuens pro eo soluisset condemnationem: quia tunc etiam legitima priuatur, secundum Bal. in d. auth. hoc amplius. in iiij. q in lect. antiqua. Item nisi sit filius regis secundum Bald. in d. authen. in ij. col. in lect. noua. & s. eo istomet uer. ubi etiam dicit quòd nec perdit prælegata, nec fideicommissa, nec substitutionem pupillarem sibi nondum delatam: secundum Bald. ibi in penul. col. Item non perdit dotem: nec donationem propter nuptias. Bal. in dicta auth. in ij. co. Item nec baroniam, nisi ea sit res hæreditaria, id est quæsita pro se, & hæredibus: ut ibidem, & infra uer. Hæres non implens. uersi. fi. & Fran. Por. de duo. fra. iij. parte. xlviij. q.

Filius hæres licet possit institui sub cōditione potestatiua, id est, facili, non tamen pōt institui sub difficili: ut si ingrediatur monasterium. Bar. post Dy. in l. fi. ff. de condi. insti. & s. uer. Conditio. uersi. lxxxvij.

Filius an uideatur hæres institutus ex uerbis, Si filius meus hęres non erit, talem substituo. Bart. post glo. quod sic, in l. Gallus. in prin. de lib. & posthu. gl. doc. &

Imo.in l.cohæredi.§.fi.de uulg.& pup.& ibi casus. & Bar.quòd.

20 Filius uidetur institutus per dationem substituti, nisi extraneus sit institutus d. §. fin.& per.domin. Ant.Ros.in trac.de succes.ab intest.lxxj.col.qui te net contra Bar.ubi supra.est communis opi.& Bar. in l.si quis ita.de hæred.insti.tenet quod ualet testamentum.& contra Barto. plenius tenet Alexand.in l.fin C.de hær.insti.ad fi.& in suo con. cviij.prima parte.ubi ponit an institutus uideatur filius per uerba, Si filius sine liberis decesserit, talem substituo. per Alexand.ibi.Et hæc quæstio fuit Paduæ disputata per domin.Theodorum de Theramo auditorem Rotæ.

† Filij positi in conditione substitutionis.s.decesserit si sine filijs:& an ueniant in dispositione substitutionis,uide do.Pet.Phi.Cor.in consi.lxvj.incipien.in hac.per totum.in consil.lxxiij.incipiente,uiso.per totum.ij.parte.]

Filius petens ut hæres id , quod non transit ad hæredem extraneum,intelligitur petere ut filius.Barto. in l.pro hærede.§.si quid tamen. de acquiren.hęre. & ibi etiam dicit quod tunc non obligatur ad onera hæreditaria.

Filius hæres institutus contemplatione patris acquirit sibi,patre recusante. Barto. in l. fin. §.similique modo.de bo.quæ li.Sed si adit uolente patre,acquirit sibi proprietatem, & patri usumfructum, & administrationem.l.fi.§.ubi autē. & ibi Bar.C.de bo. quæ libe. Item non potest adire sine iussu patris,secundum gl.doc.& Alex.in l.j.C.qui admit.ubi uide omnino,in pen.col.

Filius an præsumatur hæres ex habitatione in domo patris.supra.uer.Filij habitantes. uer. ix.Dic quod sic,nisi alio titulo possideat. gloss. & Bald. in lege. prima.C.si ut se ab hære.absti. Bald. in l.prima.secunda.q.C.qui admitti.& in l. prima secunda col. uersi.quid autem si non renuntiat. C. quando non pe.par.ubi etiam dicit econtra, quod per renuntiationē possessionis inducitur repudiatio. Vide Bald. in l.non hoc.in ij.col. C.unde cog.& Bart. in l.pro hærede.§.seruos.de acqui.hære. not.in l.si cum dotem.§.transgrediamur.solu.matr. & in l.j.C.de repu.hære. ubi idem dicit in possidente fundum hæreditarium, ut præsumatur hæres, nisi alio titulo possideat,ut quia habitet in domo,uel teneat,fundum pro iure pignoris ob dotem matris:quia præsumitur ut hæres, nec adire, nisi statutum sit quod habitans domum defuncti teneatur ut hæres,etiā si ex alia causa habitet, secundum Pau. de Cast. in d.l. j. nisi & tunc fecerit sibi domū per iudicē assignari:quo casu non obstat statutum. Paul.ibi.

Filius possidens domum patris titulo simulato præsumitur hæres.l.secunda.& ibi Bald. in l.j.in fi.C.de repu.hære.

Filius qui repudiauit hæreditatem patris , si postea possidet sine titulo,uel cum titulo in fraudem quæsito,præsumitur hæres. Bald. in d.l. ij.C.de repud. hære.

Filius litigans simpliciter, id est, non ut hæres , cum creditoribus hæreditarijs,uidetur adire,& succumbens potest ut hæres condemnari.Bal.in l.j.C.si ut se ab hære.absti.Vide Bald. in l.nec intentio.C.de transa.& Bartol.omnino in lege. necessarius. digestis . de acquirend. hæredita. sed tunc est interrogandus an sit hæres, & interrogatus debet respondere.ibidem.Item

Filius faciens aliquid simpliciter ut filius, non ut hæres.non uidetur adire.l.si quis non quasi.& ibi Bar. de acqui.hæred.

Filius petendo iuramentum fidelitatis feudi, uel rem emphyteuticam,non uidetur adire. Bar.in l.qui putat.de acqui.hære.

Filius faciendo pacem de morte defuncti patris, non uidetur adire hæreditatem,sicut nec faciendo uindictam:secundum Bar.in l.quæsitum. & l.sepulchri uiolati actio.in prin.ff.de sepul.uio.& Pau.de Cast. in l.conuentionem.ff.de pact.Sed uide Flor.in lege prima.§.hæc autem.de his,qui deie.uel effu.& Bar. in l.pro hærede.§.fi.de acqui.hæred.Item nec accipiendo aliquid ab occisoribus pro pace,nisi statuto caueatur quod pax habeat ab occisoribus secundū Nic.de Neap. in l. cum tutor.ff.de tut.& ratio.dist. Barto. Rayn. & doctor. in lege eum. C. arbi. tute.

30 Filius paciscendo cum creditoribus hæreditarijs quod non uelit teneri in totum, an uideatur adire. Bal.in l.iuris gentium. §. hodie autem. ff. de pac. Gul.de Cu.in l.j.eo.tit.Item

Filius hæres repudians hæreditatem non priuatur prælegatis.l.filio,quem pater de leg.j.

Filius secundo genitus exclusus per statutum a successione,non intelligitur exclusus a legitima. Bal.in l. cum lege.in fi.C.de epi.& cleri.

Filius hæres non conficiens inuentarium priuatur legitima:ut per Oldra.consi.cxxxv.

Filius si non adit intra triginta annos hæreditatem matris:per Alex.consi.cxxxviij. ij. parte. & per eū in l.j.§ j.quando non pe.partes.

Filius delens testamentum patris priuatur legitima.l. qui testamentum.§.si quis eum.secundum Alex.ff. de fal.ubi dicit secus in filio sibi adscribente in testamento patris : alias est.l.si quis cum falso. ubi in fi.dicitur,filium grauatum in codicillis per fideicōmissum perdere Trebellianicam,& sic quartam sibi debitam ex codicillis propter fideicommissum , si codicillos interdicit.quod no.facit. lex. Paulus. ad Tre.& infra.uer.Trebellianica. uer.xvij.

Filius liberās debitores patris uiuentis nō præiudicat patri, sed sibi hæredi mortuo patre. l. & hæredi.§. filia.ff.de pac.& Barto.in l.filius. de sol.& in l. cum dñs.§.filius.de pecu. leg.l.si tñ optio. de opti.leg.l. deniq;.§.itē quæritur.uer.plus ait Sabinus.đ pecu. leg.gl.in l.nec res.C.de cap.& j.uer. Liberatio.el. j.uersi.iiij.

Filius non petens curatorem patri furioso non succedit patri,etiam si ab eo postea instituatur hæres.authen.liberi furiosi. C. de episcopis & clericis.Et ita

practicaui

practicaui in filijs Antonij Iustini, ne perderent patris successionem.

Filij ex eadem matre simul instituti disiunctiui disiunctim ab alijs fratribus pariter institutis patre natis ex alia uxore, cẽsentur etiam dispariter ab alijs inuicem substituti. Dy.& Io.de Imo.in l.cohæredi. §.qui discretas.& ibi Bal. Ioan.de Por.& docto.de uulga.& pupil.

Filij non uidentur inuicem tacitè substituti, quando ultimo morienti datur substitutus, sed alter succedit alteri ab intestato, & ultimo succedit substitutus.l.qui duos.de uulg.& pupilla.nisi quando substitutus ultimo datur in omnibus bonis: secundum Ioan.de Imo. ibi arg. contra in lege. Titia. §. Seia de leg.ij.

40 Filius hæres patris potest repudiare hæreditatem, & stare contractui patris.Bal.in authen. si parens. C.de inoffic. testa. ubi dicit quod potest acceptare emphyteusim,& repudiare hæreditatem. Idem tenet Bal.in l. filio, quem pater.ide legat.primo.uide l.fi.C.de usufru.In contrarium uidetur.c.primo.§. filius.de capi.qui cur.uen. Tu uide per Bald.in l.licet.C.de pac.& in l.liberti.viij.col.C.de ope.liber. in authen.de non alie.§.emphyteusim.& Bart. in l. ut iusiurandi.§.si liberti.de ope.libe. Bald.in auth. si quas ruinas.de sac.san.eccle.& in cap. primo.an ag.uel fil.Bartho.Cepo.in ca.j.vj.concor.de cogni. feu.& per Sali.in l ij.xviij.q.C.de iureiurand.Ale. de Vicen.in c. potuit.xvij. charta.de loca.Dic uerum,nisi pater quæsiuit emphyteusim pro se, & hæredibus secundum Bald.in dicta.l.liberti.Vide Bar. in l.item uidendum. § nunc uidendum. de pe.hæred. & in l. si tibi. §. pactus.de pact.& ibi omnino per Alexan. & Alex.de Imo. in l.quod dicitur.vij. charta.de uerb.obli.

Filius hæres institutus a patre non potest repudiare hæreditatem,& acceptare feudum paternum.Bald. in d.l.filio,quem pater.de leg j.tex. & Bald. in c.j. §.filius,de capi.qui cur.sed agnatus sic, ut ibi.Vide Bald.in l.qui se patris.ix.colu.C.unde liberi. & est text.in c.primo an agna.uel fil. secundum Barto.in l.item uidendum.§.nunc uidendum.ff.de pet.hęre. & per do.Alex.de Imo.in addi. ad Bal.in d.l.qui se patris. x.co. qui dicit quod potest renuntiari hæreditas patris,& acceptari feudum acquisitum pro se, & filijs:quia filius habet illud iure contractus. Vide per Alex.in l.quod dicitur.vij.charta. de uerbo. obli.Vide etiam Bal.in addi. Specu.de feud.uersic. filius potest.Bald.in l iij.C.de fideicom. dicit quòd filius non hæres,si potest esse hæres non succedit in feudum:alias sic.Bart. in d.§.uidendum.dicit quod filius, qui repudiauit hæreditatem patris fratribus suis,potest petere feudum paternum, quod non dicitur ius hæreditarium, Idem dicit in emphyteusi: de quo.supra proximo.uer. Sed an possit acceptare feudum auitum, repudiata patris hæreditate. Bal.in l.qui se patris.ix.colum. & in c.j.viij.col.an agna.uel fil. Item an ex gratia sibi facta per dominum feudi possit acceptare feudum, & repudiare

† hæreditatem.Bal.in d.c.j.an agna.uel.fil. † Adde Fran.Aret.in l.pro hærede.§.si quid tamen. de acqui.hæred.ad fin.& Fran.de Cu.in ij. parte sui tractatus.feud.in iij.quæst.prin.]

Filius non potest repudiare feudum, & acceptare hæreditatem.Bal.in prælu.feu.viij col. & in c.j.colu. ij. an agna.uel fi.ubi etiam dicit an.

Filius possit repudiare emphyteusim,& acceptare hæreditatem.uide per Bald.

Filius potest repudiare legatum rei alienæ, uel donationem sibi factam a patre, & habere legitimam. Bal.in c.cum alienam.ulti. col.C. de lega.& ĩ.eod. uersic.liiij.

Filius an possit repudiare hæreditatem,& habere emphyteusim.s̃.eod.uersi.xl.

Filius hæres habens substitutum uulgarem, & grauatus legatis,potest repudiare hæreditatem, & acceptare legitimam Bar.in l.gerit.viij.col.de acqui.hęre.& in l. pro hærede.§. seruos.eod.tit.per l.si libertus patrono.de bo.lib. & Barto. in l. qui poterat.ad Trebel.& Alexand. in lege. j.quando non pe. par. ubi dicit quod residuum accrescit filio acceptanti legitimam tantum,etiam inuito,nisi habeat substitutum uulgarem.

Filius repudians hæreditatem patris, perdit ius patronatus ecclesiæ.Car.in cle.ij.vij.q.de iure patro. contra gloss.xvj.q.vij. considerandum. Vide Bald. in lege.(prima. prima.q.C.quando non peten.par. ubi etiam dicit quòd.

Filius acceptans solam legitimam non tenetur facere inuentarium. sed tenetur conferre usque ad legitimam,secundum Bald.in l. emancipati. in fin.C.de colla.per auth.unde si parens. C.de inoffi. testa.

† Filius institutus intentatis contra tabulis, non tenetur præstare legata nisi coniunctis.Fran.Are.in l.& si contratab.in ix.col.uersi. in ead. gl.ibi:quia cum ratio sit.de uulg. & pupi.]

Filius repudiãs hæreditatẽ priuatur ẽt legitima, secundũ Ang.in l.quia poterat.ff.ad Treb.per l.iã dubitari.de hæredi.insti.Bald.in l. j.qñ non pe.par.j.q. principali.vij.col.& in l.iij & ibi Pau. de Ca.C.de impu.& ali.substi. & per Bart.in l pro hærede.§.j. de acqui.hæredi.& Pau.de Ca.in consi. cclix. incipiente,uisis actis, & actitatis. & consi.cxxxij.quod incipit,licet ista domina.& cõsi.cxx j.qđ incipit si dicta Cornelia.& per Fran. Por.in tracta de duob. fratri.ij.par.xvj.q.& Abb.in c.Raynu.ad fi.de test. ubi dicit ꝙ filius ab intestato nõ põt uelle legitimã tm̃, & repudiare hæreditatẽ:quia nõ põt pro parte agnoscere, & pro parte non:ar.l.j.§.si ex fundo.de hæred.insti.Sed Alex.in hoc tenet contra in l.quia poterat.ad Treb.& in l.j.ante fi. quãdo nõ pe. par. Sed Ang.ubi s̃. dicit uerum esse, quando nõ est filius hæres scriptus a patre,& non repudiat ius suũ: alias secus quia repudiando hæreditatem ex testamento delatam,non uidetur repudiare legitimam, nisi expresse eam repudiet, quæ expresse debet repudiari secundum Flo.in l.procula.ff.de probatio. & Bal.consi. in Christi nomine:antiquum statutũ,

 &c. & su-

&c.& supra.Filia renuncians uer. vj.& j. in uerbo Renunciatio successionis.uersi.xx.Item

50 Filius repudians hæreditatem priuatur omni com modo sibi proueniente a testatore.l.hæredes.& ibi Bartolus singul. C. de omni ag. deser. libro.xj. Quod est uerum nisi intra triennium repudiasse pœniteat:quod potest.l fi.C.de repudianda. hered

Filius etiam cum iuramento renuntians hæreditatem uiuo patre,non priuatur feudo paterno. Baldus. in capit.primo.quinta.colum.an agna. uel fil.in usib. feud.

Filius hæres repudians hæreditatem paternam , non perdit prælegata.l.filio, quem pater. & ibi doctores,& Baldus delegatis.j.& l. cum ex responsio.C. de leg.Quod uerum, etiam si sit emancipatus.l.nã nec emancipatus.de legat.j.uide.j.uersi. prælegata.uersi.xvj.ubi aliter.

Filius qui renuntiauit legitimæ,non potest pœnitere. Bal.in l.fin.C.de repu. hære.in ij. colum.uersi.extra quæro .

Filius cui pater legauit rem alienam, uel donauit inter uiuos,potest repudiare legatum ut habeat legitimam de proprijs rebus patris.Bald. in l.cum alienam.in fin.C.de lega.in lec.antiq.& in lectu.noua. ult.colum.uersi.extra quæritur.& supra.eod.uersiculo.xliij.

Filij tacite substituti per uerba , si sine filijs decesserint:possunt repudiare hæreditatem , & acceptare fideicommissum. Bald. in lege prima. in fine.C.de condi.inser.

Filius hæres repudians hæreditatem patris obligatam fisco pro debitis fisci priuatur omnibus bonis a patre quæsitis,quæ non sunt fisco obligata. Ange.sin. in l.j.ff.de acquir.hære.ubi nihil allegat ad hoc.

Filius præsumitur hæres statim quod suscipit iudiciũ hæreditarium.Bal. in l cum dotem.§. transgrediamur.solu.matr.& in l. j. C.si ut se ab hæredi. absti. & j.eo uer.lix.

Filius non hæres non tenetur de contractu patris.Bal. in dicta lege.si cum dotem . §. transgrediamur. solut.matr.

Filius conuentus a creditoribus hæreditarijs, si nõ cõstet de aditione sua,uel ꝙ sit hæres,an dicatur hæres ut possit tanquam hæres a litigatoribus condemnari. Bal.in d. l.j.C.si ut se ab hære.absti.& in d.§.transgrediamur.

60 Filij substituti simul cum patre eorum an succedãt in capita, uel in stirpes.Bart.in l.quidã.§.si tibi.de re.dub.& no.in l. Publius.in fin.de condi. & demũ. ubi dicit quod consilium est quod exprimatur ut succedat in stirpes.

Filius hæres ex testamento, si adit ab intestato, facit locum substituto.l. filium.& ibi Bar.& doc.ff.de acqui. hære.

Filius institutus sub conditione impossibili potest approbare testamentum Bar.in l.j.in ult.co.de condi. insti per l.si quis testamenti.co.tit.

Filius etiam in uno nummo institutus potest quærelare testamentum.g'.in authen. ut cum de appel.cog.§. aliud quoque capitulum.& §.cæterum.eo.ti colla. viij.gl.in l.iij.§.sed utrum.de mino. l.antequàm.& ibi Bald.C.cõmunia.de succes.no. in c.j.de testa.in vj.& j.eod.uer. xc.Addo.j.Testamentum nullum. uersi.cxiiij.

Filius substitutus , etiam in tota hæreditate, dicitur præteritus. infra uer. Præteritus filius . uersiculo. primo .

Filius non dicitur institutus ex uerbis testatoris,uidelicet, Volo quod habeas legitimam tuam postquã te hæredem facere non possum ob festinantiam infirmitatis.& ideo potest contratabulare testamentum tanquam institutus in ipsa legitima.Casus sin. secundum Ang in l. Paulus respondit.ff.ad Trebe. Sed Bar.& Bal. contra sentiunt in auth. unde si parens.C.de inof.testa.ubi dicunt satis esse fieri mentionem de legitima.

Filius præstando iuramentum fidelitatis uasallis patris non dicitur hæres,nec adire,cum ius fidelitatis ex feudo transeat ad filium , etiam non hæredem. Ang.in l.si quis non satis.ff.de acqui.hære.

Filius perseuerans in societate patris negotia expediendo,quæ fuerint per patrem cepta, uidetur hæres,& adire. Casus sin.secundum Dy. & Ang.in l.si pupillus.§.j.ff.de acqui.hæredi.

Filius hæres matris potest , etiam pretio non restituto, uendicare rem matris, quam pater,etiam cum consensu uxoris , obligauit creditori , & creditor etiam alteri uendidit.Bald. in l.si sciens.C.ad Velleianum.

Filius posthumus non potest adire nisi pro quarta parte hæreditatis intra tempora pariendi : quia mater præsumitur paritura tres alios filios . Ange. singu. in lege cum quidam.§.quod dicitur. de acqui.hæredi.in sing.

70 Filius non potest repudiare partem hæreditatis relictę patri suo, uel matri, licet cohæres patris, uel matris repudiauerit partem suam.Bar.& Ang.in l. cum hæreditate.in fi.ff.de acqui. hære.ubi uide omnino.Sed si cohæres filij repudiat, potest filius, qui adiuit repudiare:ut ibi sing.probatur.

Filius cui,debetur legitima,non potest propria authoritate ingredi possessionem bonorum.Barto.in l.ij. C.quando,& qui.quarta pars de li. x.Baldus.in l.si quis in suo.§.legis.C.de inof.testa. Quod est uerũ, nisi uelit esse hæres,secundum Bald.in auth.licentia.de episco. & cler.& Inno.in c.cum in officijs.de testa.

Filius institutus in legitima tantum non tenetur ad legata ab ipso relicta,nec potest reuocare donationẽ factam per patrem alteri de dodrante. & sic de residuo tanquam inofficiosam , ex quo habet legitimam.Barto. post gloss. in lege prima. C. de inoffi. donat.

Filius hæres,qui abstinuit ab hæreditate patris, uidetur reuocare abstensionem per actum contrarium. per quem aditio inducatur.l.pro hærede.§.Papinianus. ff. de acquir. hæred. & in l.prima.C.de repua hære. quod est contra , gloss. secundum Ange. &

Pau.de Castr.in l.prima.C.de iure delib. in fi. glo, mag.& ibi Ioan.de Pra.ubi not.tenet Ale.d.gl.expressè reuocatur abstensio,non aliter,quia est contra.d.§.Papinianus.

Filius hæres non implens uoluntatem patris testantis,an non dato sibi substituto priuetur hæreditate legitima.Bartol.in consilio, proponitur quod in testamento Francisconi, &c. & infra Hæres implere debet.uer.si.Item

Filius institutus in legitima habet ius accrescendi in tota hæreditate . docto. communiter in l.ex facto. ff.de hæred.institu.Bald.in l.quoties.C.de hær. insti.Bald.in authen.nouissima.C.de inoff.testam. & Alexand.in l.cum indebitum.§.seruo.de condi.indebi.etiam inuitus, nisi habeat substitutum uulgarem.ī.e.uer.xlvj.

Filius hæres institutus non agnoscens intra annum,an agnoscere possit post gloss.& docto.in l. cum antiquioribus.C.de iure delibe.& in l.quamdiu.de acq. hæred.

† Filius licet institutus sub conditione casuali, uel mista, tamen usque ad legitimam censetur pure institutus. quia conditio reijcitur, & conseruatur testamentum. Et quid de testamento matris ita instituentis filium. quia olim dabatur quærela: uide dom.Bartho.Soci.in consi.ccxxxiiij. inci. omisso.uer.substineri etiam potest cum uersi. seq. in ij. parte.]

† Filius institutus a patre sub conditione casuali, de iure nouissimo an possit dicere testamentum nullum: uide Franc.Areti.in lege si mater.in iij. colu. uersicul.sed tenendo solu.Bald.de uulgari & pupillari.]

Filius hæres non præsumitur scire gesta per patrem. l.qui in alterius.de regul.iur.& in ca.primo.§. cum domino.de notis feud.nisi in filio Dei,qui præsumitur scire,quæ sunt patris.de conse.di.ulti.saluator. Bal.ibi in fin.

Filius non hæres patris an succedat in stipulatis per patrem pro se & filio.in lege si tibi. §. pactus.ff. de pact.

Filio hæredi instituto per extraneum coacto per patrem repudiare subuenitur post mortem patris. Bartolus.in lege si quis.§.neque filius.de acquiren. hæreditate. per leg. apud Celsum. §. fina. de do. excep.

Forma statuti,uel legis,attenditur magis,quàm ratio. Bal.in l.j.ff.de lib.& posth.

Forma dicitur tradita, siue expressim, siue tacitè, ex uerbis colligi possit.Bal.in l.eos.v.col.C.de appel. & infra eo.uer.xlj.

Forma data a principe in condendo,uel statuendo,nō potest omitti,quia dicitur actus substantia.Bal.in l. prolatam.C.de sent.

30 Forma data censetur a statuto prohibitiuo, licet statutum ultra non procedat annullādo: quia actus factus contra statutum prohibens,licet non annullans,non tenet.Bald.in l.non dubium.ij.& antepenul.col.C.de legi.Bal.& Sal.in l.statutis. de sen. ex peri.reci.Iaco.But.in l.fin.ff.de postu.Ioan. de Pra. in l. Paulus.de procura. & per Bald. in l. certa. C. quando prouo. non est nec. f. Sed Bald. in l. si quis decurio.C.de fals.per glo.ibi,dicit contra,quod gesta Gebellini electi ad officium ualēt,licet statutum prohibeat eum esse in officio,& ultra non procedit annullando.Alex consil. xxiij.iiij. parte.dicit non ualere actum,quando fit contra prohibitionem statuti, etiam si statutum non annullet:secus si statutū mandet fieri sub certa forma: quia actus sine forma ualet, licet statutū ultra non procedat:ut tenet Ale. con.xxxv.& con.xxiij. in iiij.parte.in prin.& in l.j. de lib.& post. ubi uide. Item alias quando statutū, etiam non prohibitiuum, disponit aliquid fieri, & ultra procedit.annullando si id non fiat.Bal. & Im. & Ale.in l.j.ff.de lib.& posth.& supra uerb. Actus. † uersi.xxxij.† Vide omnino Decium consi.x.col.ij. in prin.ubi plura ponit de obseruantia formæ statuti: & quando statutum ultra procedit annullando quod uidetur datum pro forma:uide ibi Soc.in j.uolu.con.xxiiij.col.vij.cum seq.

[Forma legis quæ dat esse, magis attendi debet quā res.d.Maria.Soc.in con.xxiiij.incip. uisis. uer.uerū prædictis.circa fi.in j.parte.]

Forma a lege tradita in dubio est de substantia, ut omissa uitiet actum.Bal.in l.comparationes. secunda colum.C.de fide instru.& l.prima. C. ut in pos. leg.& in l.si tutor.C.in qui.caus.in integ.resti.non † est neces. † Et Bal.in l. item ueniunt.§. præter. de hær.pet.] Item

Forma dicitur tradita a statuto, quando ante actum, uel in actu requiritur aliquid fieri: quia eo non facto,actus est nullus ipso iure.in authen.hoc ius porrectum.C.de sac.sanc. eccl. l. cum hi. de transact.l. hac consultissima in princip.de testamen.gl. in d.c. dudum.de elec.Pau.de Castr.in con.lxxj. Quod uerum est,nisi in præparatorijs iudiciorum,in quibus si quid ante fieri debet ut solutio gabellæ, non intelligitur pro forma:& sic si non fiat, non uitiatur actus,secundum Bal.in aut.generaliter.v. q. C. de epi.& cle.& in aut.contra rogatus.in fi.C.ad Treb. & Alex consi.xxxvij.ij.parte.nisi opponatur.Bart. in l.si mancipium.§.j. de euic. & ibi per gl. & infr. Præposteratio.uersic.v. Sed si requiritur solennitas post actum,si ea non seruetur,contractus non est ipso iure nullus,sed non ualet in effectu, nisi exprimeretur expressè:ut si dicit statutum, quòd de quolibet actu iudiciali soluatur gabella,alias non ualeat: nam solutio fit post actum,& illud alias non ualeat non facit contractum nullum ipso iure,nisi addatur uerbum Ipso iure, secundum Bartho. Veronen. & docto.in l.uniuersa.per tex.ibi.C.de preci. Imper. offe.ubi etiam Bal.qui tenet idem in l prima.C. ne lic.ter.prouo.& in l.j.§.finautem C.de cad. tol. & in rub.C.de rescin.uend.& tenet Bart.in l.cum lex ff.de fideius.& in l.ij.C.de cano.fru.urb.Romę. li. xj.Item si dicit statutum quod fiat insinuatio infra mensem,& si non fiat,non ualeat actus,intelligitur scilicet in effectu,non ipso iure.Barto.in d.l.uniuersa.& in l.si ita quis.§. ea lege. de uerbor. obliga. & Bald. in dicto. §. sinautem. & infra uerb. Præposteratio.d.uer v.xj.& seq.& infra uer.Processus.uersi.cj.& cv.& infra eo.uer.xlvj.

Forma doctoratus tradita in cle.ij.de magi.debet seruari,ut ante,non post doctoratum,iurandum sit:ut ibi per gl.& Car.

Formæ non seruatæ exceptio potest opponi ante litis con-

contestationem.ut supra. Exceptio quando.uersicul.lxxxj.

Forma absolutionis ab excommunicatione non seruata,actus est ualidus,id est,absolutio. Card. post gl. in cle.j.vj.q.de seque.pos.in §. j. & supra uer. Absolutio.& Cardi.in cle.j.xxx. q. in oppo. de decimis. ubi idem dicit in excommunicatione.

Forma absolutionis in confessione pœnitentiali nõ seruata,non ualet confessio,uel absolutio. glo. in cle. dudum §.statuimus.de sepul.& ibi Car.in fi. & s.e. uer. x.

Forma dicitur tradita a statuto, quando ꝑ illud actus annullatur. Ale.in l.j.de lib.& posth.

Formæ traditæ per legem,uel statutum,non potest renuntiari.Bal. in trac.schisma.iiij.col.

Forma non seruata, non præsumitur utilitas minoris, uel ecclesiæ,in contractu.Bald.in l.quæcunque. C. de bonis,quæ lib.& Bar.in l.prima.C.de sol. & lib. de ciui.lib.xj.

40 Forma dicitur scriptura, quando contractus fit in scriptis.Item

Forma dicitur,quæ resultat ex uerbis.Bal.in l.fi.C.de suis & legi.

† Formæ obseruantia nõ cessat,licet cesset causa,propter quam fuit introducta forma.Fran.Are.in l. moribus.in prin.in vij.colu. uer. tu autem aduerte.de uul.& pup.]

Forma a iure inducta, ut quid fiat ab ordinario in eo, in quo habet iurisdictionem, licet non seruetur actus, ualet:non autem si ordinarius recipit iurisdictionem ad illud faciendum ab ipsa lege: quia tunc actus esset nullus, forma non seruata.gloss. singul. in clem.prima.de iure patro.& Phil.in c.qua fronte.ult.q.de app.

Forma a delegato debet seruari, etiam in præparatorijs iudicij:alias processus est nullus,secundum Inn. in c. dilecta de rescri.

Forma tradita ab homine in rescriptis non seruata,actus est nullus:secus si a iure, ut quando datur absolutio,uel excommunicatio non seruata forma rescripti.c.Pisanis.& ibi Io.An.& Abb. de resti. spoli. & gl.in cle.j.de iure pa.& supra Absolutio.& uer. Excommunicatio.uer.lviij.Item

Formam traditam si iudex debet seruare diligenter.in Sp.de iud.deleg.§.j.in prin.

Forma non seruata, actus est nullus, etiam si statutum ultra non procedat annullando,si statutum est prohibitiuum:alias secus. Sed Alexand. consil. xxiij. iiij.parte.sic intellige quod dicit Bald.in l.non possunt.ff.de legi.& in l.si quis mihi bona.§.coram.de acquirend.hæred.& in l.prima.de lib. & posth.ubi tamen arguit contra:Quod uerum est,nisi in præparatorijs iudicij.Item uerum, quando statutum denegat audientiam:secundum Ale.consi.xxxvij.Sed Bal.& Ioan.de Imo.contra in l.j.ff.de lib. & posth.

† Et ibi uide quod per Fran.de Aret. in §. substituere.in secunda col. post medium.] quos saluare põt in præparatorijs:ut supra.Idem si lex ultra non procedit:quia factum contra legem, est nullum.l. non dubium & ibi Bar.Bal.& doc.de legi. & supra uer. Actus.uer.xxxij.ubi plenius.& inf. Adde infra uer. Processus.uer.cj.& cv.& per discursum.Item stante statuto ꝙ satisdet accusator, non intelligitur processus nullus,non data satisdatione, si statutũ ultra non procedit annullãdo.Richar. de Sali.in consi.licet statutum disponat,&c.& Bal.in addi.Spe.de accusa.uer.de consuetudine. Item consensus propinquorum requisitus a statuto facit contractum nullum,licet statutum non annullet. Flor.in l.j.iij.col. si men.fal.mo.di.Bal.in l.j.antepe.col.qui admitti. Quid de forma absolutionis ab excommunicatione,si non seruetur supra Absolutio. Quid de forma licentiæ non seruata.Car.in cle.fi.de elec.xij.q. dicitur haberi pro non licentia,& pœnam committi. Item non tenet processus,non petita licentia, quæ peti debuit pro forma agendi.Car.in cle.j.§. uolumus.ij.q.de foro comp.nec sufficit ratificatio pro licentia ad ualiditatem processus.ibi.in q. iij.] Vide late Felin.in cap.cum dilecta.col. xvij. cum præcedentibus & seq. de rescrip.ubi late declarat.

Forma si deficit,res priuilegio caret.in Sp. de aduo. §. v.uer.cum autem.

Forma arguit falsitatem literarum apostolicarum . in Sp.de rescrip præsenta.§.iiij.in prin.

Forma si non seruetur, actus est nullus . in Specul. de instrum.edi.§.iiij.uer.sed nunquid.& supra eo.uer. xxxij.& xlvj.

50 Forma tradita a iure si non seruetur, actus ualet:secus in tradita ab homine.Car.in cle.j.xxx.q. in op. de decimis.uel a principe.Inn.in c. cum dilecta. de rescrip.Alex.in l.cum lex.de fideius.

Forma tradita si non seruatur, actus non ualet,si forma sit tradita cum potestate alicui non habenti potestatem:sed ualet factum sine forma, quando tradita est forma alias habenti potestatem faciendi.gl. sing.& Card.in cle.prima.in princ. de iure pat. ubi uide in vij.q.

Forma debet seruari ad unguem,& specificè, non per æquipollens : unde citatio una peremptoria non sufficit, quando statutum requirit trinam. Bald. in l.cessante.ulti.colum. quomodo, & quando iud. & Alexand.plene in l.prima.de libe.& posth.ubi multa allegat ar.contra per Bart.in l.nemini.C. de aduoca.diuer.iudi. † Vide supra eo.in uer.xvj.

† Forma data an,& quando sit seruãda,& de eius materia plene,& latissimè uide per Fel.in c.cũ dilecta. vj.col.uer.de formæ obseruantia.de rescrip.]

Fornax non cedit legato instrumentorum fundi, licet illa sit in fundo: quia non uenit appellatione instrumentorum fundi.l.fundi.§.quidã.

† & ibi Bart.ff.de fun.instr. † Adde quod secundum matrimonium dicitur honesta fornicatio. tex.in c. in hac ratione.xxxj.q. j.

Fornicarij non cedunt legato fornacis instructæ. d. l. fundi.§.quidam.& ibi Bart. secundum aliam lectu, de fun.instr.

Fornicatio coinquinat animã,& corpus.xxxij. q.vij.quid in omnibus.

† Adde quòd fornicatio est omnis illicitus coitus: ut habetur in c.meretrices.§.qui ergo.xxxij.q.ij. uel secundum bea.Tho.in iiij.sent.dist.xlj.art.iiij est soluti cum soluta concubitus. Et dicitur Græce πορνεῖα ἀκολασία. & a fornice arcutriumphali dicitur, ubi Romæ fiebant fornicationes. Et quælibet fornicatio præter uxoriam est prohibita de iure diuino: & hoc saltem interpretatiuè, adeo quod etiã concubinatus reprobatus est de quo est tex.cum gl.in c.nemo.xxxij.q.iiij.Et per Io.An.in c.sine culpa.de regul.iuris.in vj.in Mercuri.Et an fornicatio simplex sit digna depositiõe. Vide Ant.de But.Ab.& Barb. in c.at si clerici.de iud.Et Io de Imo.in cap. ut clericorum.de ui.& ho. cler. Panor.in c.sicut.& in c.si autem.de cohab cle.& mulier.& in c.fi.de purga.cano.Pa.de Liaza.in cle j.de of.ord.Ego adduco glo. pro hoc casu, quam publice determinaui in co.præsbyter.lxxxij.dist.tenendo partem negatiuam.

Fornicatio per testes qualiter probetur.infra uer. Testis deponit.uer.xxix.& clxix.& melius supra uerb. Adulterium.uer.xvij.

Fornicatio præsumitur ex facilitate delinquendi,puta contra eum,qui sub specie famulæ retinet alienam uxorem Bal.in l.fi.C.si man.ita fu.ali. ne prosti.

Fornicator notorius est ipso iure suspensus a sacerdotio.Angel.in authen.quomodo opor.epis.§ qui de eo.colla.j.

Fornicator publicus non potest interesse electionibus Inn.in c.sicut.de coha.cleri.& muli.& Bal. in Mar. uer.Fornicator.

Fornicator acta pœnitentia potest promoueri ad episcopatum,etiam sine dispensatione papæ, secundũ Arch.in c.at si clerici.de iudic.

Fornicatio non potest probari per testes domesticos ad effectum separandi thorum.no.Abb.in c.in literis.de testi.in principio.

Fornicatio iterata una nocte cum eadem habetur pro una. Car.in cle.j.§.si qui.de priuile.& supra Adulterium.uer.lj.Ab.contra in c.sicut.de testibus.

Fornicatio fit inter solutos, & est crimen ecclesiasticũ de iure canonico.Ale. in l.si adulterium cum incestu.de adult.

10 Fornicatio quælibet, excepta concubinaria, punitur de iure ciuili.Item Bar.in l.j.de concubinis.Ale. in l.si adulterium.cum incestu.§.j. de adul.

Fornicatio sacerdotis cũ soluta quod crimen sit.Car. † in cle.fi.§.vij.de hære. † Per Fel.in c.at si clerici.de iud.in fi.xij.col.]

Fornicatio ex causa necessitatis famis non est licita. gl.& doc.in c.iij.de fur.Car.in cle.j.de homicid.

Fornicationis uitandæ non committendæ causa uxorem quisque suam habeat.in Spe.de iura. calum.§. j.uer.iij.

Fornicatio præsumitur, quando duæ personæ suspectæ in loco secreto sæpius inueniuntur solæ.in Spec.de prob.§.ij.uer.uiolenta.uel de præsumpt.§.ij.uersic. uiolentia. Quod uerum est si essent sexus disparis & locus sit solitarius.capit.tertio loco. & ibi Abb.de præsump.

✻ Fornicatio iure canonico ex masculi & fœminæ cohabitatione præsumitur.c.aliter.xxx.q.v.glo. in c illud.ubi Abb.de præsumptio.Abb. in c.ecclesia. de constitut.Dec.co.cliij.num.2. & co.cccclxj. nu. 3.& 4.ubi nisi probatum fuerit matrimonium non præsumi tradit.Ae.Ma.Ma.

✻ Fornicatio quamquam ex cohabitatione masculi, & feminæ.non matrimonium canonico iure præsumitur aliud tamen est cum sunt filij suscepti tunc enim ut censeantur legitimi præsumitur matrimonium.Abb.in c.lator.in gl.pe.qui fili.si.legiti.Deci. in c.ecclesia.nu.39.de const.& co.ccliij.nu.2.Aem. Ma.Ma.

Fornicationis causa qualiter contra clericum proceditur.in Sp.de inquisi.§.iij.uer.quod si crimen.

Fornicatione contrahitur affinitas.gl.in l.j. §. penult. de concubi.& in l.non facile.§. affines. de gradi. & de ritu nup.l.& nihil.& supra Affinitas.uersi.xij.& glo.xxx.q.iiij.si quis unum. capit. discretionem.& ibi gloss.& doc.& Abb.de eo,qui cog.consan. uxo. suæ.& cap.pen.eod.tit.c.præterea.el.ij. & ibi doct. de spon.c.literas.de despon.impub.cap.in literis.& ibi Abb.de testi.De his singulariter per Card.in clemen.j.q.xiij.de consan.& affi. Quod uerum est, secundum Host.in d.c.discretionem.si uterq; emittit semen.Sed contra secundum Ioa.And. episcopum. Alexand.in arbo.in c.fin.de consan. & affi. in §. ad arborem.prima charta.ubi singulariter loquitur:& subdit quod si uir solus emittit semem,non femina, secundum communem opinionem contrahitur affinitas: quia secundum Physicos fit conceptio etiam sine semine feminæ: & fatuum est dicere quod tunc nõ sit contracta affinitas secuta conceptione.Si uero femina tantũ,secus est,ut refert Fede.in con.ccxxix. magister,&c. Et hoc facit pro matrimonio:ut infra uerb.Matrimonium impeditur.uer.v. & xvj. & pro statuto de affinibus:ut infra Statuta.de iudicijs.uer sic.xxix.in ij.colu. circa finem. Item si loquatur de affinibus,&c.quoniam quo ad tutelas,successiones, & testimonia,& compromissa non contrahitur affinitas per fornicationem, sed quo ad matrimonium impediendum tantum.Et sic Ioan.Anto. & doct. in arbo.concordant opiniones iuris ciuilis,& iuris canonici. & tenet Hostien. in Summa de affinit. Sed gloss dicit nasci ex ea publicæ honestatis iustitia, licet de iure ciuili non nascatur affinitas supra Affinitas.dicto uer xij.

† Fornicatio sacerdotis an sit adulterium: & quid in religioso & qui,& quando ex fornicatione deponatur:& quid in episcopo,uide Fel.in cap.at si clerici. post medium.x.col.in uer.utrum autem fornicatio. cum uer.seq.usque ad uer.quæ autem sunt crimina digna degradatione.circa fi.de iud.]

Fornicationis materiam supple.s.uer. Adulterium.j. uer.Stuprum.& uer.Incestus.per discursum.

Forsan quando non est nota dubitationis. Car.in cle.ij.§.eo tamen. de elec.

Forse forsitan,fortasse,diuersitatem facti,nõ iuris denotant.gl.Bald.doc.in l.in substitutione. ff.de

ff de uulga.& pupil.& ponuntur assertiuè,non dubitatiuè,licet ex honestate.ibidem.& in Specul.de allegat.& disputat.§. post hoc.uersi. & nota.Itē procerte.l.si uerberatum.§.j.de rei uendi. l.quæsitum.§.in dolo.l.de pecu.l.mutus.de procu.Spec.ubi supra.gl.&Card.in cle.ij.§.deniq;.de re iud.l.sed & † iure.ff.si cert.pet. † Et plene per Felin. in c. accedens.la.j.ut lite non contestata. & in c.cum contingat.de offi.delega.& Iaso.May.Institut. de action. in.§.econtra nu.27.]

† *Fortificatio* De fortificatione & qui teneatur.Benedic.in repet.c.Raynutius.fo.154.col.iiij.& seq.ubi de excubijs.

Fortuna dicitur bona, & mala:sed in dubio accip tur in bonam partem.Bart. in l.si is, qui in aliena.ff.de acqui.re.domi.

† Adde quod fortuna est causa per accidens in agentibus a proposito semper.& frequenter in his, quæ propter hoc fiunt. in Aris.ij.Physi.& dicitur Græcæ Τύχη.

† *Fortuna* Sine exterioribus bonis, quorum fortuna est domina, non contingit esse felicem.Ita dicit Philosophus in principio libelli de bona fortuna. & paulo post subdit:Vbi plurimus intellectus,& ratio,ibi minima fortuna:ubi autem plurima, ibi minimus intellectus. Et inquit Diometrius. Nihil infelicius eo,cui nunquam aduenit aduersitas. Et pulchre dixit Boetius, quem refert glo.in c.non satis.lxxxvj. distin.in uerbo,egestatem.Inter omnes aduersitates fortunæ, infelicissimum genus infortunij est,fuisse felicem.

Forus ratione contractus acquisitus non potest mutari:alias fic.l.cum quædam.in princi.& ibi Bar.ff.de iurisdi.om.iudi.

Forus originis.Et

Forus contractus,in quo æquiparentur. Alex.in l.pe. de iurisdi.om.iudi.

Forus domicilii est principalior,quàm originis. Item

Forus episcopi est principalior,quàm potestatis.Item

Forus Potestatis est principalior,quàm doctoris.Item

Forus delicti est principalior in delictis.Bald.in l.fina. vj.q.C de edi.di.Adria.tollend. quod uerum est,si ibi reperiatur,aliàs non. Card.in cle.ij.§.denique. de re iudica.

Forus dicitur,ubi de criminalibus cognoscitur. glo.& Bar.in l.si duas.§.grammatici.ff.de excu.tuto.

Fori appellatione an ueniat tam ecclesiasticus, quàm secularis.Bald.in auth. qua in prouincia.ubi de cri. agi.opor.

† Fori incompetentia semper allegari potest glo. est singu.in cle.j.de sequest. pos.& fruc.secundum docto.ibi & Angel. in consi. cxc.text.& gloss.in l.non erit.§.dato.& ibi Angel.ff.de iure:urand. text.in l. fideiussor.§. prætor ait.ff.qui satisda. cogan. & ibi Bald.& illum text. allegauit pro singu. domi.Cardi.in dicta clemen.unica.text.& ibi Ange. in l.prima.ff.de his,qui not.infa. text.in l.qui testamenta. & ibi Bald.C.de testa.text. in l. secunda.§.fin.ff.de pœnis.text.in l.scire oportet.ff.de excu.t. tuto.& ibi Bald.text.in l.si quis.ff.de iniust.rup.test. & ibi Bald. dicit quod si iudex secularis propter delictum condemnat clericum & mittit ad furcas, quod non perdit testamenti factionem. & uide Bald.in l.fina.C. de except.& in l.fina. C.de iudi. & in l. licet. C.de de procura.& in l.prima.C.de iuris.& fac.igno.Angel.in l.prima. C. si a non compe. iudice. Et limita hoc non habere locum in suspecto de fuga, secundum Andream Barb. in cap.at si clerici.de iudicijs. ubi dicit se uidisse dubitari de facto. Suspectus captus fuerat per incompetentem iudicem, petebatur illum relaxari tanquam captum a non iudice suo, consuluit quod ubi est periculum moræ propter fugam, nunquam admittitur exceptio incompetentiæ. Allegauit elegans consilium Petr.de Ancha.consili.clxxx.facit gloss.sing. in l. nullus.C.de Iudæ.& quod habetur in l.ait prætor. §. si debitorem.ff.quæ in frau. credi. Limita secundo quod nõ habet locum exceptio incompetentiæ fori,si iudex est incompetens super principali, quia super incidenti bene poterit pronuntiari, & ualebit pronuntiatio super incidenti. Istud uoluit gl.in c.si. de rescrip.probatur in tex.meliori de iure in cle.j.de rescrip.& in c. dispēdia.e.tit. li. vj. Facit quod uoluit Spe.in tit.de exce.§.iuxta.uer.ix.cuius dictum non procedit,per c.cum appellationib.de appel.li.vj.& per.l.pen.ff.de re iudi.& per c. ut debitus.de appel. & damnauit do.Abb.in c.fin.de rescrip.& Ioan.de Imo.in l.iudex.ff.de re iudi.

† Limita tertio, nisi iudex pronuntiasset se competentem, nec fuisset ab eo appellatum:quia actus postea ab eo gestus ualebit.Non obstant incompetentia.Singulare fuit dictum Innocen. in c.super literis.de rescript.uoluit Lap.Abb. in cap.primo.cod. titu.libr.vj.quod Do.ibi reputat sing.uoluit Ange. in l.prima. ff. si quis in ius uoca. non ie. & in l. secunda.C.si a non compe.iudi.& Barba.in dicto.ca. super literis. Limita quarto non habere locum in electione Romani pontificis: quia si electus est à duabus partibus cardinalium, remouetur exceptio incompetentiæ contra eius electionem. Ita probatur in c.licet.de elec. Vide ibi domin. Anton.Idem uoluit.Bald.in addi Specu.in titu. de except.Et est ratio, quia in illo actu proceditur secundum merū ius naturæ, nec ex toto subijcitur iuri positiuo: secus si opponeretur exceptio naturæ,scilicet quod cardinales non consenserant.Limita quinto,si non esset persona, cum qua iudicium nullitatis intentari posset,ut in papa,cui omnis creatura subdita est: ut dixit Innocen. in capit. primo. de consti. facit. cap.cuncta per mundum.nona.quæstio.tertia.ideo non posset opponi quod papa sit incompetens. Limita sexto, nisi esset talis actus, qui non tenderet ad præiudicium uocati,quia licet quis non erat subditus iudicis eū uocantis,tamen actus ualebit.Tex. est in l. non tantum. §. Senatus.in uerbo, præsides prouinciæ cognoscunt.ff.de fideicom.liber. ubi est casus mirabilis secundum unum intellectum.ubi dicit Ang.ꝙ nullo modo subditus iurisdictioni uocā-

tis uocari potest per iudicem ordinarium, & actus per eum gestus tenet. Et ratio est secundum eum, quia actus ille non tendit ad praeiudicium uocati:& per consequens non obstabit exceptio fori incompetentis. Limita septimo:nam iudex secularis quo ad clericum est incompetens. c. si diligenti.de for. compe. tamen si secularis iudex citat clericum ut compareat coram eo ad uidendam confectionem inuentarij,quod talis citatio ualet, & tenet,nec potest infringi,tanquam facta fuerit ab incompetenti.Ita pulchre dicit Ange.in l.j.§.hæc stipulatio.ff. si cui plus,quàm per legem Falcid.Dicit tamen ibi quod si de facili posset haberi copia superioris ipsius clerici,quod iudex laicus, coram quo debet cõfici inuentarium, debet scribere illi superiori quod moneat clericum,si sua putauerit interesse,ut compareat corã dicto iudice laico ad uidẽdũ cõfici inuẽtariũ:& est uia tutior secũdũ eũ,tñ prima practica ualida est, & procedit de iure, secundum eum. Sequitur ibi Ioan.de Imo.& uide Pet. de Ancha.in c.significasti.de for.competen. ubi quærit quidam petit se mitti in possessionem ex edicto diui Adriani:de quo in l.fi.C.de edic.di.Adria.toll.facit proclama, quicunque putauerit sua interesse compareat:ut uoluit gl.singularis.in l.ea quidem.C.si mãci.itã fue.alie.modo comparet clericus:dubitatur si processus coram eo factus ualeat.Refert quendam solennem doctorem consuluisse in contingentia facti processum non tenere,per dictum.c.si diligenti. non tamen commemorat nomen indiuiduum consulentis. Ipse uero distinguit:Aut clericus possidebat res hæreditarias, & sic censeretur reus: & isto casu processus non teneat,per dictum.c.si diligenti. Aut non possidebat: & tunc censeretur actor:& ualeret processus,per c.si clericus laicum. eo.tit.Et dicit esse dictum suum nouum. Quod dictum magnifacit Ioan. de Anan. in d. c. significasti. & uide eundem Pe.in repe.c.ea,quæ.de regu.iur. lib.vj.in xvij q.ubi format eandem quæstionem, & dicit ꝙ ille doctor consulens fuit do. Rai. de Monte ubiano egregius aduocatus Perusij. Ita refert ibi in lviij.col.Et uide Barto.in consi.incip.Diambra porrexit.ubi tangit an clericus posset a laico iudice citari, quando quis mittitur in possessionem ex edicto diui Adriani.Et uide Bal.C.de testa.in l.publicati.alias in l.testamenta. ubi dicit, statuto cauetur quod legata non ualeant nisi insinuentur coram capitaneo populi:modo quidam clericus fuit institutus in testamento, in quo fuerunt legata relicta quibusdam laicis,qui petunt insinuationem legatorũ, & fecerunt citari ipsum clericum hæredem coram uicario capitanei:quo non comparente iudex pronuntiauit dicta legata insinuata esse: quia clericus non potuit trahi directe:uel indirecte ad forum seculare per dictum c. si diligenti.In contrarium uidetur:nam si hoc esset, sequeretur quod dicta legata nõ ualerẽt,cum insinuari nõ possent:alius enim, quam iudex,ci are non posset.Non obstat, quod iudex laicus debet scribere iudici ecclesiastico ut citet suum clericum ut compareat ad opponendum de insinuatione: nam aut citabit quod compareat in curia episcopali:& hoc est impossibile. quia nec per formam statuti, nec de iure communi habent hanc iurisdictionem cognoscendi super hac insinuatione:ut in d.l.testamenta.& in l.consulta.eod. titu.& in l.repetita.de epi. & cle. aut citabit clericum ut compareat coram iudice seculari:& hoc uidetur impossibile. per d. ca. si diligenti. Decidit ꝙ dicta insinuatio ualet: quia super talibus est iudex competens secularis, non autem aliquis iudex ecclesiasticus. Si ergo erit iudex causæ, & per consequens omnium, qui dictæ causæ debent adesse, & quilibet uolens opponere, siue sit clericus, siue laicus,oportet quod opponat coram eo,qui est iudex causæ. l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudicata.citatio,quæ fit de hærede, non est simplex, nec absoluta citatio, sed potius conditionalis in effectu,scilicet si uult se opponere,si autem non opponit,non est aduersarius: ut d.l.ea quidem.in gloss. ideo talis citatio omnes attingit. c. fina.qui matrimo.accus.pos.ĉ fin.de elec.lib.vj.& potius uidetur esse citatus ad ueritatem exquirendam, quàm ad causam.Idem si citatus esset forensis:quia iudex bene potest citare forenses infra suum territorium. Ita dicit fuisse consultum Perusij per antiquos sapientes.dominus Andreas Barba.in rub. de fo.cõpe. dicit pro hoc dicto fore casum meliorem de iure in d. l.non tantum.§.Senatus.ff.de fideicommiss. liber.Limita octauo, nisi essent tres sententiæ uniformiter latę: quia tunc non posset opponi exceptio incompetentię propter authoritatem illarum trium sententiarum. Gloss. est singularis in cle.j.de re iudi. de quo dicendum ut ibi not. nisi sententia lata a non suo iudice fuisset confirmata per superiorem ex certa scientia: quia tunc non posset opponi nullitas incompetentię. Allegatur singu. dictum Innocen.in c.j.de confir.uti. uel inuti. Sed Baldus. in l.j.C.si a non competenti iudice.ad fi. quærit an sententia lata a falso iudice delegato possit ratificari per ordinarium, cuius nomine exercitata est: & dicit quod non,per glo.ordin.in l.instar.C.de iure fis.lib.x.quia hoc negotium spectat ad ratificantẽ: ideo oportet præcedere delegationem.Et dicit idẽ esse in iurisdictione ordinaria superuenienti, non habenti. quia initium debet spectari. ideo non firmatur,secundum eum,actus iam gestus.Sed contra dictum Bald.allega.glos. in l.j.C.qui pro sua iurisdictione.Facit quod uoluit idẽ Bal. in l.falsus.C.de furt.Limita nono,nisi iudex a principio esset incõpetens,sed pendente processu esset adeptus iurisdictionem:quia tunc processus confirmabitur,nec obstabit exceptio incompetentię. Ista est gloss.singu. in l.j. C. qui pro sua iurisdictione. uide ibi docto. Limita decimo,nisi iudex incompetens delegasset causam cuidam habenti iurisdictionem ordinariã, non tamen in illa causa, & partes scienter litigauerunt quod nihilominus ualet iudicium. Ita dixit gl.in l.j.C. qui pro sua iurisdictione quia ualet tan

quam

quam factum coram ordinario. de quo uide ibi per scribentes. Litima undecimo, nisi inferior episcopo haberet iurisdictionem in clericos, uel ex præscriptione, uel priuilegio, uel consuetudine, & clericus ille fuisset conuentus, uel inquisitus coram proprio episcopo, & non coram illo iudice inferiori, nec opposuisset incompetentiam: quia ualeret processus contra illum clericum factus coram episcopo: nec obstaret quod non interuenerit consensus illius iudicis, iuxta. c. significasti. de fo. compe. quia non requiritur quando aditur suus iudex naturalis: quia res de facili reuertitur ad naturam suam. c. ab exordio xxxv. dist. l. si unus. §. pactus ne peteret. uersic. quod in specie. ibi formę sue redditur. ff. de pac. Ita consuluit Abb. in consilio incipi. attingam prædicta dubia conclusiue. Limita duodecimo, non habere locum in episcopo expulso a propria sede: quia tunc in foro alieno poterit expulsores, & fautores eorum citare, & excommunicare, nec poterit opponi exceptio fori incompetentis. text. est singula. in cle. j. de foro competent. Limita tertiodecimo non habere locum in episcopo expulso: quia in alieno foro poterit reddere subditis proprijs ius. tex. sing. in d. clemen. j. Limita quartodecimo non habere locum in statuto populi: poterit enim statuere populus quod reus sequatur forum actoris. Ita singula. dixit Bald. in l. iuris ordinem. C. de iuris. om. iudi. Limita quintodecimo non habere locum in uagabundo: quia poterit puniri in foro, in quo deprehéditur, nec poterit petere se remitti ad forum ad se spectantem. glo. est in l. eius. ff. ad municip. in l. iiij. §. prætor ait. de damno infec. & l. j. C. ubi de cri. agi. opor. & in l. hæres absens. ff. de iudi. & ibi dicit Barto. quod multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus alienis. Sequitur Ioan. Cal. in c. j. de rapto. aliter tamen sentit ibi Inno. uide domi. Barba. in c. fi. de fo. compet. Limita sextodecimo, nisi iudex pronuntiasset territorium esse suum: quia tunc præiudicaret iudici illius territorij: quia non fuit appellatũ poterit ibi conueniri, nec admittetur exceptio incompetentiæ. Elegans fuit dictum Innocen. in c. super literis. de rescrip. Limita decimoseptimo, nisi iudex citaret in alieno territorio. Est tamen dubiũ egens declaratione Cæsaris: ut per Ange. in l fi. C. de iurisdi. om. iudi. Barto. in l. j. ff. de requi. reis. scriben e; in cle pastoralis. de re iud. & in c Romana. §. contrahentes. de foro compe. lrbr. vj. & in c. ij. de consti. eo. L. cum similibus. Limita decimooctauo, nisi partes prorogassent expresse quod delegatus in uno loco cognosceret in alio: quia tunc non posset opponi incompetentia. sing. est text. in c. statutum. §. in nullo. de rescr. in vi. in uer. expressius ad id partium consensus. secundum Angel. in l. fin. de iurisd. omn. iudi. Aliter tamen dixit domi. Abba. in c. cum olim. de offi. delega. uide ibi per domi. Barto. Limita decimonono nisi esset iudex ordinarius: quia possent partes prorogare iurisdictionem in alieno territorio. Ita uoluit Pet. Cyn. & alij. in l. si quis ex consensu. C. de epis. audi. Vide plene per Bald. in l. fin. ff. de iurisdi. omn. iudi. Limita uigesimo non habere locum in absolutoria ab excommunicatione, propter eius magnum præiudicium, qđ pateretur extra proprium territorium. Ita dixit Innocen. per uerbum Forte. in c. nouit. de offi. lega. sequitur Angel. in d. l. fin ff. de iuris. om. iudi. uide quæ dixit Barb. in d. c. nouit Limita uigesimoprimo si præses duarum prouinciarum abest ab una prouincia, & abest in alia: quia in eadem poterit expedire negotium utriusque prouinciæ. Ita uoluit Inno. in d. c. nouit. Angel. in d. l. fin. Facit quod habetur in. l. si proponis. C. quomodo, & quando iudex. Limita uigesimosecundo non habere locum, si propter partium consensum iudex dimittat solitum locum causarum, & cognoscit in alio loco. Ita dixit Bald. in l. fin. de iurisdi. omn. iudi. Allegat. d. l. si ut proponis. & sufficit, secundum eum tacitus partiũ consensus. Limita uigesimotertio nisi esset clericus communi opinione reputatus laicus: quia citatus coram iudice seculari comparuit, & confessus est debitum, & recepit præceptum a iudice seculari de soluendo, quod tale præceptum ualet, & tenet, & illa confessio præiudicat sibi, saltem ut extraiudicialis. Ita pulchre consuluit in contingentia facti Gaspar. de Cal. in suis consi. in titu. de foro compe. consil. xij quod addes ad ea, quæ dixit domi. Barb. in c. at si clerici. supra. de iud. Limita uigesimoquarto non habere locum, quando emittitur edictum per plebanum pro factis ecclesiæ cathredalis de ecclesia posita in suo plebanatu sine licentia sui episcopi: potuit enim committi edictum in foro alieno: nec admittitur exceptio in foro competentię. Ita pulchre consuluit do. Domini. quod consilium inuenitur inter consilia Ioan. Cal. in tit. de elect. consi. ij. Limita uigesimoquinto non habere locum in causa reconuentionis, cum iudex in ea sit competens. l. cum Papinianus. authenti. & consequenter. C. de sententijs & interlo. omn. iudi. c. j. de mu. peti. glo. in c. at si clerici. de iud. Vide plene dicta ibi. Licet ergo requiratur quod forus sit competens, per iura allegata superius: ad unum tamen aduerte, quod posito quod iudex sit competens, tamen si modus procedendi est incompetens, potest opponi de incompetentia modi. Ita dixit Iaco. But. quem refert, & sequitur Bal. in l. licet. C. de procur. Pone exemplum, quando in iudicio non sunt omnes personæ, quæ ad iudicij substantiam requiruntur, ista exceptio opponi potest quandocunque, quia reddit iudicium retro nullum. Limita uigesimosexto, nisi incidenter esset iudex incompetens: quia si esset competens super principali negotio, & super incidenti esset incompetens, quod nihilominus potest principaliter pronuntiare super principali & super incidenti. Exemplum in iudice maleficiorum, qui duntaxat potest cognoscere de crimine sed non de causa ciuili, quod nihilominus cognoscendo de crimine pronuntiat super causa ciuili incidenter ut fur restituat rem quam furatus est. textus est singu. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.

Quod

Quod nota pro limitatione.l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi.facit. l.iiij.§.si dicantur.ff.fi.reg.Facit quod uoluit Cyn.in l.si quis ad se fundum.C.ad legem Iul.de ui pub.& ibi per Bar.Bald.& alios,licet Sali.aliter ibi loquatur. Vide Bald.in l.fi.C.ubi causa fis.Innocen. Ioan. Andr. & alios in cap. cum oporteat. de accus. Bald. in l.is, apud quem. C.de eden.facit text. in l quoties.C.de iud.Vide Anto. in c.qualiter.el.ij.in fi.de accu. Bal.in l.secunda.C. si a non compe. iudi. ubi dicit quod fur. in eadem sententia mittitur ad furcas, & condemnatur ad rē restituendam. Et dicit se ponere unum nouum, ꝙ ubi imponitur pœna mortis, potest accumulari ciuilis,& criminalis causa. Et uide Bald. in rubric.de iud.ubi limitauit hanc doctrinam non habere locū in iudice delegato. Et ratio esse potest,quia eius iurisdictio est stricti iuris:ut no.glo.in c.primo.de rescrip.lib.vj.& in cle. ij.de offi. or. uoluit Abb.in c. cum dilectus.de cle non resi. Limita uigesimoseptimo per gloss. in d. l.interdum.§.qui furem.Sed illa glo.communiter damnatur,scilicet quādo quis daret se torquendum passo furtum, quia tunc passus furtum posset torquere, & non esset incompetens. Limita uigesimooct. nisi laicus occupasset rē ecclesiæ:quia nihilominus posset conueniri coram ecclesiastico, licet regulariter sit incompetens respectu laici.Et addi possunt omnes casus, qui enumerātur per glo.& docto.in c.cum sit generale.de foro competen.Limita uigesimonono,ubi quis esset priuatus homo, & consuetudo daret sibi iurisdictioné: quia licet esset priuatus, non tamen posset opponi incōpetentia iudicis:nam consuetudo dat iurisdictioné homini priuato. Ista est gloss. singu.in l. fina. C.de eman.libe secundum Ang.in l.imo.ff.de legi.& uide bonum textum in c.cum contingat.de foro competen.quem Ioan. Andr. ibi dicit esse meliorem de iure.Limita trigesimo ubi iudex non haberet territorium, & haberet iurisdictionem in personas, ut est rector scholarium:ut in auth.habita.C.ne fi.pro pa. Limita trigesimoprimo, quod licet iurisdictio diuidatur per partes, uel per quarteria, & unus iudex unius quarterij non possit se impedire de quarterio alterius,tamen si esset pestis in ciuitate, & iudex unius quarterij,seu portę absentaret se nihilominus iudex alterius quarterij seu portę poterit se impedire.Ita pulchre dixit Ange. in repe.l.si uacanti.C.de bo.uac.lib x.refert & sequitur Barb.in rub. de fo.competen. Limita trigesimosecundo non habere locum in foro pęnitentiali : ut in c.j.de rapto. & in c.fina.de foro competen quia in tali foro non attenditur forum delicti, sed attenditur duntaxat forum proprij sacerdotis:& ideo iniungitur sibi pęnitentia a sacerdote proprio parochiali. Gloss. est unica,& singul,in l.placuit. el. j.xvj.quæstio.j.quā gloss.magnificauit docto.& ibi Abb. in c.cum contingat. de foro competen. & sic in uno foro delinquit, & in alio imponitur pęnitentia. Et est ratio, quia offenditur Deus in foro pœnitentiæ, & Deus est ubique : ergo iudex est ille, qui est in loco Dei:& huiusmodi est proprius sacerdos: quia iura parochialia non concernunt locum,aut territoriū, sed personas. Facit c.super eo.de parochia. Et si aliter diceremus, sequeretur quod confessio fieret per partes.quod non est dicendum:ut uoluit gl. in c.nō tibi dico.de pe. dist. j. Limita trigesimotertio non habere locum, ubi delictum esset factum in exercitu huius ciuitatis, quæ esset contra Mutinam in territorio Mutinensi, & in tali exercitu unus forensis occideret alium forensem:quia tunc Potestas huius ciuitatis potest illum homicidam punire : quia ex quo ciuitas ista habet ibi exercitum, uidetur habere territorium ibi : ideo delictum ibi factum, uidetur factum in territorio huius ciuitatis. Pulchrum dictum Marti. de Silli. quod sequitur Iacob. Butr. Barto.Bald.& alij in l.cunctos populos. C de sum. tri.Et mouentur per.l.pupillus.§.territorium.ff.de uerbo.signifi.& est commune dictum omnium.Sed Barbar.in d.rubri.de foro compe. in fi. dicit quod si subtiliter ponderetur tex.d.§.territorium.confunditur per illum textum dictum eorum:nam ibi dicitur quod potestas, cuius est territorium,habet potestatem terrendi : ergo sequitur quod non alius. Nam territorium est uniuersitas agrorum : ergo ad locum refertur,& non ad gentes loci:& maxime si iurisdictio adhæreat loco:ut per Barto.in l.prima. ff.de iurisd.omn.iudi.facit etiam,quia in territorio hostium debet seruari ius commune. l.quia a latronibus.in princip.ff.de testa. & per consequens non recte loquuntur docto. secundum eum. Ego dicerē commune dictum docto. posse saluari:quia eo tempore,quo exercitus est in alieno territorio, & dicitur ibi terrere,quia bona efficiuntur capientium in bello,uel saltem publicantur, si sunt bona immobilia:ut not.per Barto.in l.si quid in bello.& in l.si captiuus.§.primo.& in l.hostes.ff.de capt.& not. Ab. in c.sicut.el.iij.de iureiu in quarta.colum. Vnde negari non potest quin ille locus,in quo est exercitus non sit ipsorum capientium:unde qui ibi deliquit: iuris fictione dicitur delinquere in territorio eorum. Et per consequens tollitur motiuum Barbat. Limita trigesimoquarto non habere locum in ciuitatibus:ut pulchre dixit Barto. in l. cunctos populos.C.de sum.tri.& in l.non dubito.per illum textum ad hoc singularem.ff.de capi.Limita, seu amplia trigesimoquinto quod forū capitur pro mari: nam si capitur pro territorio,ut dicunt docto.quod eodem modo comprehendit mare adhærens territorio.Et ad hoc adduco Barto. in l. insulę.ff. de iudic.ubi per illum textum. dicit se semel dixisse Pisis contra quosdam piratas, qui derobabant in urbe,& reducebant se in quadam insula prope Pisas, quod licet dicatur quod mare est commune, & sic ibi non possint conueniri,tamen ipse dixit quod illa insula est pars illius,cui adhæret. Facit glo.ualde singularis in ca.licet.de fer. ubi mare censetur esse eiusdem iurisdictionis, cuius est territorium adiacens.Et uide gloss. in ca.ubi periculum.§.porro.de elec.libr.vj.& text.in l. prima. C. de classi.libr.xj. quem

quem text.reputat sing.Ange.in d.l.insulæ.& uide glo.insti.de actio.in §.rursus.Bald.in l.fi.C.de test.& in c.licet.de fer.& in c.accedens.el.ij.ut lite non contest.& c.ex literis.& in c.licet causam.de proba.& in l.iij ff.quemadmo.testa.ape.& in l.j.C.ubi de cri.agi.opor.& per do.Barba. in rubri.de foro compe.& in d.c.licet causam.

Fori consuetudo seruanda est,in quo iudicium motum est,Bal.in l.ij.C.quemadmo.testa aperi.

Fori priuilegium non prodest agenti, uel negotianti in loco,in quo est exemptus: quia ubi cepit, debet finiri negotium, non obstante fori priuilegio. l.interdum.§.senator.& ibi Bar.ff.de iud.

Fori priuilegio debet renuntiari specifice.Bar.in l.j.in fi.ff.si quis in ius uoc.non erit.

Fori priuilegio qui renuntiauit,potest remitti ad locũ contractus, ad quem aliàs remitti non posset. cum ibi tantum repertus conueniri possit.Bar. sing.post gl.in l.j.ff.si quis in ius uoc.non ier.

† Forum licet proprie quis sortiatur ratione domicilij,non tamen potest dici quis proprie subditus ratione delicti,seu contractus.no.glo.in cle.unica,super uerbo: subditos.de for.compe. quam nota pro statutis.Abb.in c.proposuisti.de fo.competen.circa prin.Vide aliam gloss.in ca.nuper.de sen.excom.in glo.v.quæ dicit quod ratione delicti dicitur subditus large.& ibi Abb.in iiij.col.dicit per illam gl.& idem allegat gl.in d.cle.unica. Quod est ualde notandum pro statutis,& alijs dispositionibus odiosis facientibu. mentionem de subditis, ut appellatione subditorum in materia stricta non comprehendantur forenses delinquentes in territorio. Et idem dic in contrahentibus eadem ratione. & uide eundem Abb.in c.j.de fo.comp.& ad fi. & in c.iij.de appel.in princi. ubi dicit quod monachi possunt dici subditi abbati eorum. Et uide eundem in c.dilecti.de arb.Domin.in ca. Romana.§.primo. de sen.excom.lib.vj.facit gloss.in c.statutum.§.cum uero.de rescrip.lib.vj.

† Subditus ratione domicilij,licet desinat esse subditus mutatione domicilij.xiij.q.ij.item si quis. secus tamen est, si est subditus ratione originis propriç, uel paternç:tunc licet mutet domicilium,non tamẽ propter hoc desinit esse subditus:ut.l origine.C.de mune.& hono.libr.x.& in l.assumptio.& in l.incola.ad munici.unde tenetur subire onera personalia & ubi habet domicilium,& ubi est ciuis ratione originis propriç, uel paternæ, licet inde recesserit: & hoc:si ibi reperiatur.no. Barto.in d.l.assumptio.& Abb.in c.proposuisti.de fo.compe.in ij.col.& in c.fi.de parochijs.

Forus pçnitentialis de cura animarum non pertinet ad forum iudiciarium.Inn.in ca.cum satis. de offic.archi.& Bal.in Marg.uer.forum.uer.j.

Forum rei sequitur actor.l.fi.C.ubi in rem act.c.si diligenti.de for.compe.& supra.uer.actor.quod uerum est in contentiosis,non in his, quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis:secundum Petr.de Ancha.in q.ea,quæ fiunt a iudice,&c.per l.fi.C.de eman.libe.& Ludo.in sing.uer.Forus.uer.actor.Item uerum,siue actor sit laicus, siue clericus, nisi certis casibus.in Specu de compe.iudi.adi.§.j.Item uerum:etiã quo ad dissolutionem contractus:ut l. ij.C.ubi, & apud quem.& infra.eo.proxim. uer.& uer. xxviij.Et per Fran.Are.in l.in criminalibus.C.de iuris.om.iu.

Forum quis sortitur ratione contractus,etiam quo ad dissolutionem contractus:ut ibi debeat dissolui.ubi fuit celebratus,& ibi pars citanda. Alexand.sing.in l.hæres absens.§.si quis tutelam.de iudi. tex.singularis.in l. in contractibus.§. in communibus. & ibi Barto.C.de non nume.pecun. Lapus in allega.x.& Ant.de But.in c.postulasti.de fo.compe. licet contra notet in l.ij.C.ubi, & apud quem. ubi actor sequitur forum rei quo ad dissolutionem contractus. Et an,& quando, & quibus modis quis sortiatur,& quando non,& de eius effectu copiose, & not.uide Felin.in c.licet ratione.in ix.colu.uer.ad illud.cum seq.de foro compe.

† Delinquens si nescitur ubi est,poterit citari per edicta:sed si non comparet, non potest distringi persona,sed tantum proceditur respectu bonorum: ut in l.j.ff.de requi.reis. nam quando delinquens est extra districtum, iudex delicti non habet iurisdictionem in persona:ut in d.cle.pastoralis.& sic processus reperietur factus ab eo, qui nullam habet iurisdictionem,uel qui non est certus de sua iurisdictione & eam ignorat,& sic non ualeret processus.arg.l.si is,ad quem.& l.si quis in aliena.ff.de acqui.hære.Barto.in l.ij.ff.de iudi.Abb.in d.c.fi.Et est ratio, secundum eum,quia forus delicti est forus accidentalis,& non debet extendi ad constitutum alibi, nisi inquantum reperitur a iure permissum per uiam recursus ad alium iudicem, & per remissionem fiendam.Abb.in d.c.fi.

† Si ciuitas misit exercitum, delinquens in exercitu potest ibi puniri.no.Bar. in l. si pupillus.§.territorium.ff.de uer.sig.quia satis dicitur ibi territorium, quod dicitur a terrendo:ut ibi.Abb.in d.cap.fin.in xv.col.

† Testis examinatus per iudicem proprium ad instantiam alterius iudicis, coram quo causa uertebatur si dixit falsum testimonium, & sciebat eius dictum debere mitti alibi, potest de hoc delicto puniri per iudicem ad quem transmissa fuit eius attestatio, & ubi eius dictum fuit publicatum. Specu. in titu. de test.§.j.uer.quid si quis. Sed si testis ignorabat eius dictum alibi mitti, tunc punitur pœna falsi in loco, ubi fuit examinatus:si tamen agitur de pœna uacillationis, tunc attenditur locus examinationis:ut in l.nullum.C.de testi.Abb.in d.c.fi.in xv. col. Et ibidem per eundem de notario falsificante instrumentum producendum ad alium locum.Tu quo ad primum dictum adde Bal.& Sali. in d.l.nullũ.ubi Bal.arguit pro & contra,& decidit ꝙ iudex, qui commisit examinationẽ,puniet eum:nã testimoniũ ipsius uidetur offendere aures committentis examinationem: quia iudex examinans recipit uicẽ iudicis cõmittẽtis:ıõ perinde est ac si iudex delegatus reci

peret ex commissione iudicis ordinarij: quo casu certum est quod ordinarius puniet: ut in authen. de testi. §. si uero ignotum. Allegat Inn. in c. dilectus. de pœnis. Concludit etiam Bald. quod uterque iudex puniet, ex eo quia uidetur deliquisse in loco examinationis & in loco occisionis, sed unica pęna punietur: quia nemo debet duplici pęna conteri. c. at si clerici. de iudi. l. Senatus. ff. de accusa. Et de hoc uide Bar. in l. diuus. ij. ff. de falsis. & Inno. in d. c. dilectus. & in c. peruenit. de fideiuss. & Barba. in d. c. fi. in xviij. col.

Forum quis sortitur ratione distractus, sicut ratione contractus. Ang. & Alex. in l. Pomponius. § præterea. de ac. pos.

Forus, id est, locus iudicis.

Forus, id est, territorium. uel locus nundinarum. Abb. in c. forus. de uerb. signi.

20 Forum quis sortitur ratione delicti, scilicet contentiosum. not. in ca. Romana. §. contrahentes. de foro competen. in vj. non autem pęnitentialem. gloss. est xvj. q. j. secundum Cardin. in clemen. ij. §. rursus. de re iudi. in j. op. Vnde delictum commissum per forensem non potest confiteri sacerdoti loco delicti, sed proprio sacerdoti loci, scilicet originis, uel domicilij, ut ibi.

Forum quis sortitur ratione destinatæ solutionis, etiã quo ad accessoria contractus, ut damna, & expensas. c. dilecti. & ibi Abb. de foro comp. & Alex. in l. qui Romæ. ff. de solut.

Forum ratione delicti sortitur etiam prælatus, ut archiepiscopus delinquens in diocesi suffraganei sui. not. Car. in cle. j. de testa.

Forum quis sortitur ratione commorationis in loco iniuncto delicto, non aliter. c. fina. ubi no. de foro. compe. & cle. fi. §. fin. & ibi Car. de hære. & infra. uersi. xxvj.

Forum qui sortitur ratione delicti, non dicitur subditus iudici illius loci. gl. no. in cle. j. de foro compet. & gloss. in c. nuper. de sent. excom. & Ludo. Pon. in sing. uer. Forum. uer. quæro utrum. nisi ibi reperiatur: alias secus no. Cardi. in clemen. ij. §. denique. de re iudica.

✠ Forum rei quis ratione sortitur, c. Sanè. c. fi. de for. competen. l. fin. C. ubi in re. actio. Dec. con. dcxcvj. nu. 13. Ae. Ma. Ma.

✠ Forum sortiri, & statutis subesse idem est, qui. enim forum sortitur, & statutis subest, & econtra, Inn. S. P. in rub. de consuetu. ubi & Anto. Butr. & Calder. in disput. statuto, Archi. in c. quo iure. d. viij. Spe. in titu. de constitutio. §. j. Fed. sen. co. xcvj. Raph. Cu. co. cxxxix. col. ij. Alexand. con. ccix. col. j. uolum. j. Dec. consi. cclxxxiij. post. nu. 9. co. dcxxxix. nu. 11. Ae. Ma. Ma.

✠ Forus domicilij potentior est originis foro gl. in c. statutum. §. cum uero. de rescript. in vj. ubi etiam Domin. glo. in c. j. uer. subditos. de for. compe. Dec. in c. ad nostram el. j. nu. 3. de appellat. l. prouinciales ff. de uerb. sign. Anto. But. co. xxj. Dec. co. ccclij. nu. 2. Ae. Ma. Ma.

✠ Cum quis uno in loco domicilium, ex altero uero originem habet, & dubitatur, an sit iudicandũ Sec. locum domicilij, uel originis, subiecta materia est inspicienda, & si ad domicilij locum spectat: secundum iura ciuitatis in qua domicilium habet, est iudicandum, Bald. in l. j. col. iiij. C. de sum. trini. Mar. Soci. in c. fin. col. vj. de for. compet. Dec. con. ccclij. nu. 4. A e. Ma. Ma.

Fori priuilegium non trãsit ad fideicommissarium uniuersalem Bartol. in l. sed & si restituatur. in princ. ff. de iudi.

30 Fraus præsumitur ex actuum celeritate, & ex nimia liberalitate.Bal.in l.eam quam xv.col.de fideicommis.Item ubicunque minor apparet lesus. glo. in l.fi.C.si aduer.uendi.Item in emptione facta per interpositam personam.l.pupillus.§.fin.& ibi Bart. ff.de auth.præstan.nisi fiat palam,& bona fide ut ibi & supra Emptio uersi.primo.& l. si is, qui bonis. & ibi Barto.ff. de acquirend. hæredi. ubi præsumitur fraus in filio repudiante, & postea emente per interpositam personam. Item præsumitur si filius bastardus emit ab eo,cui pater uendidit,secundū Bar. in l.si is,qui.in fi.ff. de uulg. & pup. Item præsumitur,si mutuum fiat cum pacto, quod restituatur ei, quem Titius declarabit, & Titius declaret filium mutuantis.Bald.in l.iubemus.§.primo. C. ad Trebellia. Item præsumitur, cum constet de damno, & non aliter.Bald.in l.si tutor.C. de interdic. ma. inter tu. & pupil.Item præsumitur ex nimijs cautelis.Bald.in l.etiam.iij.colum.de execu. rei iudic. & no.in l.vj.ff.de conditio.instit. & in l. penul. C. de euic. † Et do.Pet.Philip.Cor.in consi.ccvij. incipien.qui laicus in subscriptione.in litera i,in iij.parte.Item ex clausula insolita:ut per eū in con. ccciij. incipiente,uidetur. in litera m, eadem parte. iij.] Item præsumitur ex qualitate personæ,ut si est solitus fęnerari,secundum Bald.in l.cum allegas. iiij. oppo. C. de usuris. Item præsumitur ex petitione clandestina. Bar.in l. Barbarius.j.col.ff.de off.præt. per l.non existimo. de admini.tut. Item præsumitur de facili inter coniunctas personas. l. non solum.in princip.per Barto.dę ritu nupt.Item in donatione. quæ, fit coniunctæ personæ, si sit facta in præiudicium tertij.Pau.consi. lxiij. Item in hærede repudiante si possideat post repudiationem. Barto. in l.prima.in princip.ff. si quis omis. cau. per l. qui autem.in princip.§.si non simpliciter.eod.tit.Item præsumitur in patre alienante in præiudicium filiorum,quando prouenit ad eam ætatem, in qua filios habere non potest.Item quando facit ut priuet successione eum,qui deberet de iure succedere. c. primo.§.noui.per quem fiat inue.in usi. feud. Item si alienat titulo lucratiuo.l.cum autem.uer. in his.de his,quæ in frau.cred.Item si alienat titulo oneroso pro modico pretio.per l.per diuersas.C. manda. & l.si pupillus.uersi.si est. in gloss.& ibi Bar.ff.de autho.tu.& in c.j.§.donauit.qua.ol.feu.al.pot. Quod tamen uerum est, nisi ob causam necessariam fiat alienatio.l.mutus.§.manete.ff de iu.do.l.si cū dotē

§. si autē: solu. ma. secundum Lud. in fin. uer. Fraus. uer. pater. Item quoties est iuris communis præsum ptio, toties præsumitur fraus, secundum Butrig. in c. pastoralis. de iure patro. Item si fiat alienatio om nium bonorum ex titulo lucratiuo. l. omnes. §. Lucius. & ibi Bart. plenè de his, quæ in frau. credi. ubi etiam Alc. & Bal. in l. j. C. si quid in frau. patr. uel de maiori parte bonorum. Bal. in l. j. antepenul. q. C. qui bo. ce pos. & in l. j. iij. quæst. si quid in frau. pat. & in l. si nunquam. de reuo. do. & Ale. in con. lxxxix. iiij. parte. quem etiam uide in l. summa. de peculio. uel etiam si fit particulariter nominatim de omnibus rebus. Bar. in l. nomen. ibi Alex. §. primo de le. iij. & Alexan. in d. §. Lucius. qui ponit utrunque dictum. Vide glo. & Bar. ff. de proba. l. patronus. & in l. qui testamentum. in fin. ubi etiam dicit ꝙ fraus præsumitur eo, quod bona patris sunt apud spuriū. Quod etiam tenet Bar. in consi. Cechus de Spoleto, &c. Item si fiat omnium bonorum, etiam coniunctæ personæ. l. inter extraneos. de don. inter uirum, & uxo. Item si fiat clausula. l. hi, qui. C. de rei uend. Item si post alienationem alienās reperitur in possessione. l. sicut. §. superuacuum. quib, mod. pig. sol. nisi in donatione omnium bonorum supra uerb. Donatio omnium bonorum. uersic. viij. Item si fit de omnibus bonis: ut supra eodem. Item si detur in dotem filiæ extranei: ergo non si propriæ. l. fin. §. item si extraneus. ff. de his. quæ in frau. cred. Item fraus præsumitur, si quis cito post condemnationem dat bona sua in solutum ad mandatum alterius iudicis: nam tunc excluditur a beneficio cessionis. per l. fi. ff. de cessio. bo. secundum Rotam in decisio. cclxj. in causa mea. in anti. Item ex paruitate pretij, uel pensionis. Bal. in c donare. qualiter olim feu. po. al. Item nisi fiat cessio alteri, qui cedat prohibito: uel si fiat procuratori cum pacto non reddendi rationem, in quem per statutum cessio prohibetur supra uerbo Cessio. Item si fiat a debitore sciente se esse inopem & habere multum æs alienum. Barto. in l. si quis cum hæres. de his, quæ in frau. credi. Alexand. in l. omnes. §. Lucius. eodem. titul.

† Fraus contra emptorem an possit allegari per creditorem uendentis, qui partem pretij realiter recipit, & residuum fuit confessus habuisse: uide do. Pe. Phi. Cor. in consi. ccxxx. incipien. uidetur per totum. in ij. parte.]

Fraudans emptorem datiorum, uel gabellarum, non dicitur fraudare commune, uel pecunias communis, nec punitur statuto defraudante pecunias communis: quia mutatione personarum mutantur priuilegia, secundum Pet. de Anch in consil. in Christi nomine, eiusque matris &c. & Anto. de But. se subscripsit. quorum consil. propria & sigillata uidi in ciuitate Paduæ.

† Adde hic quod fraudatur licitè gabella, quæ instè non est imposita: iuxta no. per Bar. in le. uectigalia. ff. de publican. & per Abb. in pro. Grego. & in c. j. de constit. & in c. innouamus. de censi. & in c. dilectus filius. el. iij. de præb. & in c. ex parte. de his, quæ fi. a ma. par. c. & per Bal. in l. ueluti. ff. de iusti. & iure. facit quod nota. Abb. post Inn. in c. olim. el. j de resti. spoli. ubi limitatur hoc esse uerum, nisi in fraudem gabellæ uertatur scandalum, nam tunc non iustè fraudatur gabella, cum nihil cum scandalo sit faciendum: ut in c. nihil. de præscrip. c. cum teneamur de prob. c. ij. de no. operi. nuntia.

Fraus in contractu ex quibus deprehendatur. in Spe. de do. inter uirum & uxorem. §. ij. uer. & sic no.

Fraus legi fit quatuor modis. glo. in l. fraus. ff. de legi. Bal. in l. non dubium. C eo. tit.

† Fraus contra legem quot modis dicatur: uide do. Bart. Socin. in consi. lxvij. incipien. circa primam quęstionem. uersi. tertio etiam. ibi: & quamuis ipsi. in j. parte.]

Freneticus non potest contrahere, uel testari, nec ligatur iuramento. Bald. in l. secunda. x. quæstione. C. de rescin. uend.

Freneticus non est propriè furiosus. no. in ca. mutus. episcopum, uel abba. Bal. in c. j. in fi. an ille, qui interfe. fra. do. ubi etiam uide an priuetur feudo propter crimen ante commissum.

Freneticus non potest eligi episcopus. Car. in cle. constitutionem. in prin. pen. q. de elec.

Frenum & sella uenit i uēditione equi, nisi aliter actum sit. l. ediles aiunt. in princi. & ibi gl. & Bar. ff. de edil. edic. & Barto. in l. eum, qui. §. non solum. ff. de furtis. in l. si ut certo. §. usq; adeo. per Gu. ff. commoda. Quod uerum, si cum dictis ornamentis equus fuerit onerosus emptori. Angel. in d. l. ediles. §. uendendi. & Bal. in l. secunda. C. de edi. actio. Vide Alexand. in l. de quibus. in fi. de legi. & in §. non solum. ubi idem dicit de ornamentis omnibus, quæ erant in equo: per d. l. ediles. §. uendenti.

Frequens dicitur cum interuallo: sed assiduum sine interuallo. Ioan. And. in ca. primo in princip. de restitut. in vj. in nouella. post Archi. ibi.

Frequenter quomodo ponitur. gl. est in aut. de defen. ciui. §. fin. col. iij. & in c. monasteria. de uita, & honest. cle. Barth. Cepo. in c. j. viij. col. de cogni. feu. ꝙ bis intelligitur.

† *Frequentatio* ad monasteria monialium inducit sinistram suspicionem contra accedentes ad ipsa monasteria: nam periculosa est sexus commistio: ut est text. cum gloss. in c. mulieres. de iudi. lib. vj. & ideo clericus prohibetur solus immiscere fabulas cum muliere. lxxj. di. c. clericus. & c. clerici. Abb. in c. monasteria. in prin de ui. & honestate cleri.

† Frequentare monasteria quot requirantur ut quis possit impune stare. Et dic quod duo scilicet causa rationabilis, & quod sit manifesta. Non enim sufficit causam rationabilem allegare, nisi illa sit manifesta. Abb. in d. c. monasterium. & ibi glo. ij. dicit illam gl. esse notādam ad statuta facientia mentionē de frequentatione, ut ex duabus uicibus inducatur frequen-

frequentatio. Pro qua glo. facit dictum Archi. in c. illud. xij. di. ubi dicit quod ex duabus uicibus inducitur consuetudo ob beneficiū. facit. l. iij. C. de epis. audien. Et de hoc ultimo uide Abb. in c. fin. de appel. facit. l. quis sit fugitiuus. ff. de edil. edic. & per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prętori. de no. ope. nun. & xxv. q ij. ita nos. & glo. in c. mos. j. dist. & in c. consuetudo. ead. di. & no. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & proprie. & in c. fi. de consue. & in c. abbate. de uerb. signi. & in l. de quibus. ff. de legibus. & in rub. & in l. j. & ij. C. quæ sit lon. consue. & Abb. in c. cum decorem. in fi de uita, & hone. cleri. & in c. cum non liceat. in ij. colu. de præscrip. Et de uerbo Frequentia facit quod habetur in l. itē apud Labeonem. §. aliud. ff. de iniurijs. & in c. frequens. de resti. spo. & ibi Archi. & Domi.

Frigiditas qualiter probetur, quæ est in potentia coeundi. in Spec. de teste. §. vij. uer. hoc quandoque. iuxta finem.

Frigiditas intra quod tempus probetur in Sp. de dila. §. j. uer. alie. experitoriæ.

Frigiditatis causa si petatur diuortium, quomodo formetur libellus.

Frigiditas quanto tempore probetur. in Sp. de frigi. & malefi. per totum.

Fructus dicuntur accessiōes rei naturales, & ueniunt in condictione ob causam. l. qui se. cum gl. & l. cum quis. ff. de cond. ob causam.

Fructus intelliguntur deductis expensis in contractu lucratiuo. l. non amplius. de leg. j. gloss. in l. si quis argentum. §. j. C. de dona. & in l. j. & ibi Bald. C. de fruc. & li. expen. Item uide in Sp. de expen. §. j. uer.

† Expensæ. † Et per Fel. in c. ad nostram. de iureiur. & Bal. in l. si a domino. §. fructus. de pe. hære. Et appellatione fructus quid contineatur, uide Bald. in l. uideamus. de usuris.]

† Singula. Fructus an, & quando deducantur, & quando non: uide Bar. in l. fructus. ff. solut. ma. Et adde ꝙ si boues empti gratia arandi terram, & seminandi eam, perdantur, tales impensæ non deducuntur de fructibus. Ita dicit Bald. in l. prima. in fin. C. de fruc. & lit. expen. quod dictum sequitur pro ualde notabili, dicens esse quotidianum in rusticis. Fran. Cremo. nota. cxxxiij. incipiente, tu scis quod fructus. ☙

Fructus fundi locati ad dimidiam debentur non deductis expensis factis a colono: quia dimidia fructuū debetur colono pro sumptibus, & operis. Barto. in l. fructus. solu. mat. & Bald. in l. si quis domum. loca. Item

Fructus dicuntur non percipi, quando non est deducta impensa. per l. fructus. secundum Bar. in l. si merces. §. uis maior. ff. loca. nisi in colono partiario: ut ĩ. not. & ibi tenet Bal. in. l. cum duob. §. si in coeunda. ff. pro socio. ubi dicit ꝙ si colonus cogatur solue re datia, uel collectas, computat domino quod soluit. & ĩ. Colonus. uer. cxxxix.

Fructus fructuum debentur, quando debetur fundus cum omni causa. l. cui fundus. & ibi Angel. & Alex. in princip. si cer. pe. & in l sed & partus. & ibi Ang. ff. quod me. causa. & in l. Iulianus scribit, si hominem. & in l. præterea. de rei uend. & idem dicitur de partu partuum.

Fructuum archidiaconatus appellatione non uenit quod datur ei in suo aduentu, idque non uenit in uenditione dictorum fructuum. Oldr. in consilio. cxxix.

Fructuum appellatione non ueniunt distributiones quotidianæ. Ioan. And. in addi. Specul. de concess. præbend. in rub. & Geminia. in capit. consuetudinem. §. qui uero. de cle. non resi. in vj. Oldra. in consil. cxvij.

Fructus, id est usufructus. l. necessario. §. fin. de periculo, & com. rei uen. Bal. in l. fructus. ff. solu. mat. & Bar. in l. fundi Trebatiani. & l pe. eo. tit. ubi loquitur de emptore fructuum quid uideatur emere. & uide bonum tex. in l. per seruum. § usufructus. cū l. seq. ff. de usu, & habita. & ĩ. Vsufructus. §. j. uer. xix.

Fructus unus dicitur, qui semel percipitur, etiam intra biennium. Bar. & Imo. in l. diuortio. §. quod in anno. solu. matr.

† Fructus, & obuentiones qualiter differant: uide Ias. in l. si urbana. colu. secunda. in fine. ff. de condi. indebi.

10 Fructuatio probat possessionem. l. ij. C. de acquir. possess. l. Titia. de sol. & infra Possessio. Quod est uerum, secundum doc. glo. & Bar. ibi, quod fieri præsumitur tanquam a domino, etiam si testes non dicāt quod fructauit tanquam dominus.

Fructus aridi dicuntur frumentum, & fabę. Sed

Fructus liquidi dicuntur uinum, oleum, & similia aliquando, id est, a fluendo dicti doc. & Bal. in aut. ad hoc. j. col. C. de usuris.

Fructuum quantitas magna respectu pretij facit contractum suspectum. Bald. in l. fina. C. de condi. inser.

Fructus dicuntur illi, quibus excisis alij renascuntur. l. diuortio. §. si fundum. & ibi doc. solu. matr. & per Abb. in c. pastoralis. de deci. & infra Bar. in l. quidā. §. nihil. de eden.

† Fructus dicuntur deducta impensa. & onere, & non alias. late Ioan Lud. in repet. rubri. de donat. inter uir. & uxo. colum. xlvij. ubi infert ad plura. uide ibi.

† Fructus agri, sicut sunt poma, sic eligere est fructus iuris eligendi. Fel. in c. cum olim in ij. col. uer. unde dicit Inn. de maio. & obe. Et ibi subdit idem Felin. quòd fructus quasi possessionis iurisdictionis est ipsum exercitium iurisdictionis.

Fructus non possunt durare triennio regulariter. glo. Bal. & Imo in l. diuortio. §. interdum. solu. ma. Item Ale. de Imo. consi. xxxvj. iiij. parte.

Fructus dicuntur res tempore perituræ. l. procurator totorum. & ibi Bar. ff. de procurato.

Fructus possunt alienari per minorem sine aliqua solennitate. Alex. consi. xxxvj. iiij. parte. & ĩ. Minor alienat. uer. lxiiij.

Fructuum appellatione non uenit fructus hominum.

Flo. in l. uetus. ff. de usufr. quod no. pro gabella. & Sicu. in c. salubriter. ad fi. de usuri. in Sp. de loc. §. j. uer. sed pone. ubi dicit secus appellatione redditus.

Fructatio qualiter probetur. Bald. in l. si fundum. C. de rei uen.

20 Fructus ueniunt appellatione interesse. l. loci. §. ij. si serui. uen. Bal. in addi. Sp. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. uer. item no. Floria. in d. §. ij. ubi etiam dicit saluari libellum, quo petitur res, & interesse, ut comprehendat etiam fructus.

Fructus omnes ueniunt appellatione glandis. l. qui seruandarum. §. fin. & ibi Bar. ff. de præscr. uerb. & l. j. ff. de glan. leg. & in Sp. de iniur. & dam. da. §. ij. uer. porro.

Fructus donati an debeantur deductis expensis. Bald. in l. j. pe. col. C. de fruc. & lit. expen.

Fructus non dicuntur redditus protocollorum notarij. Bar. Ang. & Ale. in l. quædam. §. nihil de eden. ubi dicit uerum, nisi ex eisdem scripturis pluries perciperentur fructus, ut sunt exempla scriptorum, liber statutorum, & reformationum, qui ostenditur ibidem, nec dicuntur in bonis. Bar. & Bal. in l. diuortio. §. si uir solu. matr. & infra Vxor usufructuaria. ubi melius. uer. x. † Vide do. Bar. Soci. in con. 100. incipiente, in causa Baptistæ, circa medium. iij. col. in prima parte.]

Fructus appellatione an ueniant annui redditus. Bald. in addi. Sp. de loc. uer. an colonus. Nec ueniunt bona mobilia supra Bona mobilia. uer. v.

Fructus alieni fundi possunt impune edi, non asportari de iure diuino. de consecra. distin. v. discipulos. Bartho. Cepo. de serui. rusti. titul. de serui. pas. iiij. quæst.

Fructus, & redditus, an sit idem infra uer. Redditus. uersic. vj.

Fructus archidiaconatus non sunt prohibiti fratribus Minoribus, quia sunt incerti, licet annui. Card. in cle. exiui. §. licet. de uer. sig.

† Fructus canonicatus est præstatio uocis. Feli. in capit. cum olim. in ij. colum. uersic. unde dicit Innoc. de maio. & obe.

Fructuum appellatione in statuto ueniunt pensiones domorum. Ale. consi. clxxx. ij. parte.

Fructus certi fundi si promittantur, debitor liberatur, si non nascantur, uel nati consumantur. ↄ. Debitor generis. uer. xij.

30 Fructuum appellatione ueniunt etiam immaturi. l. si absente. §. fi. ff. de usufru. l. pe. de usufru. leg. l. si ex sylua. cum gl. de usufr.

† Fructuum appellatione an ueniant mercedes, & pensiones: uide textum in l. mercedes. ff. de petitio. hæredi. & Alexand. in l. diuortio. col. prima. ff. solut. mat. Et si testator legat in testamento uxori suæ omni anno decem saccos frumenti, donec castè uixerit, & talis mulier post mortem mariti intra duos uel tres menses capit uirum, uel moritur nunquid pater, uel hæredes sui debent habere decem saccos frumenti: uide tex. in l. a uobis. ff. de annuis legatis. Ias. in l. diuortio. co. j. in fi. cum seq. ff. sol. mat.

Fructuum iurisdictionis appellatione ueniunt pœnæ, unde data iurisdictione in dotem pœnæ sunt communes uiro & uxori, tanquã fructus dotis. Bal. & doc. in l. diuortio. §. si uir. sol. ma. & Bar. in l. fi. eo. tit. qui dicit pœnas cedere lucro mariti.

Fructuum appellatione an ueniant arbores cæduæ. Bal. in addi. Sp. de loca. uer. an colonus. ꝙ sic. & Sicul. in c. salubriter. in fi. de usuris.

Fructuum appellatione ueniunt aues, & feræ solitæ capi in fundo, si nullus alius fructus solet ex eo percipi. Bar. in l. cum in plures. ff. locati. per l. item si fundi. §. occupationem. ff. de usufr. adde. l. usufructuarium uenari. de usufr. Item

Fructuum appellatione uenit palea. l. usufructuarius messem. uer. stipulam, quæ in messe. ff. qui. mo. usu. ami. in Sp. de deci. §. j. uersi fi. Pe. de Vbal. de soci. xj. parte. xij. col. Bal. in l. fi. iij. col C. de cond. inser. l. certo. de serui. rusti. præ. no. in l. cum manu. §. j. de contrahen. emp. Item

Fructuum appellatione uenit fenum. l. partum. ff. de uerb. signi. etiam immaturum cæsum. l. si absente. §. fi. de usufru.

Fructuum appellatione uenit uua, & habitatio infra uerb. Habitare. uersic. xli. Vide Ioan. Papi. in Summa, uer. fructibus. in libello reali. & infra secundo uer. ij.

Fructuum appellatione uenit electio. Innoc. in cap. in literis. de resti. spolia. Item uox. ↄ. Vox uersi. vij. Sed an præsentatio: Innoc. in c. ad postulationem. de iure patro.

† Fructuum appellatione an ueniant pœnæ maleficiorum, uide do. Pe. Phi. Cor. in consi. ccliiij. incipien. circa. in litera g, in tertia parte.]

Fructuum appellatione quid comprehendatur. uide de inter. quæ fi. in iudicio. §. secundo. uer. uerum. & Innoc. in rubr. de re iudi. & Io. And. in c. primo. eodem tit.

Fructus appellatio strictior est, quàm redditus: quia

Fructuum appellatione non ueniunt operæ. in Specu. de hære. in princip. Sed habitatio sic infra uerb. Habitare. uer. xlj.

Fructus quotuplex sit: dic quod aliqui sunt naturales, aliqui industriales, aliqui percepti, aliqui percipiendi, aliqui extantes, aliqui consumpti: ut infra uer. seq. per discursum. & plenè in Sp. de fruc. & interesse. §. j. per totum. Item aliqui sunt aridi, aliqui sunt liquidi: secundum Bald. in authen. ad hæc. j. col u. C. de usuris.

Fructus naturales uel industriales dicuntur ex arbitrio iudicis, secundum quod natura uel industria magis præponderat. Cyn. in l. certum C. de rei uend. ar. l. quæritur. de sta. ho. Bart. in l. ex diuerso. j. col. ff. de rei uend. & ibi Pet. de Su. & doc. Vide de his in l. prima. ulti. colum. C. de usu. & fruc. le. Ius eligendi quis fructus dicatur. Bald. in l. si mancipium. C. de rei uendi. Flo in l. loci. §. secundo. si ser. uend. † Vide do. Pet. Philip. Cor. in consil. cxxix. incip. ad euidentiam. in princip. & in litera a. iiij. parte.]

Fru-

Fructus naturales dicuntur ficus, poma, cerasa, & similia.

Fructus industriales dicuntur granum, uinum, & oleű, pensio, & opera iumentorum, & similia: secundum do. Maria. Socin. in consi. an fructus. Bar. in d. l. ex diuerso. de rei uen. & ibi Ale. in suo cons. quæstio talis est, Titius habens uxorem. &c. & Bal. in l. ancillę iiij. col. C. de fur. ubi etiam dicit de lignis, oliuis, & uuis. & per l. si eius. ff. de rei uen. & Cy. in l. certű. C. eo. tit. post gl. in c. grauis. de resti. spo.

Fructus industrialis dicitur, quicquid seminatur. Bal. in l. j. C. de usuris, & fruc. lega.

Fructus industrialissimi qui dicantur Bal. in l. si traditio. in fi. C. de ac. emp.

Fructus pendentes sunt pars fundi. l. fructus pẽdentes. & ibi doc. ff. de rei uend. in Specul. de fruc. & interesse. §. j. uer. sed pone. Flo. in l. si fur. de usufr. in Spec. de deci. ad fi. l. in lege Falcidia placuit. & ibi Bar. ff. ad leg. Fal. & melius per Alex. † in l. si filius. §. j. de uerb. obl. † Et per Fran. Are. in l. cum filio. in viij. col. de leg. j.]

Fructus pendentes tempore stipulationis ueniunt in stipulatione l. fructus. de his, quæ in frau. credi. & Alexand. in l. si filius. §. primo. de uer. oblig.]

Fructus pendentes in re donata non augent donationem quo ad effectum insinuationis. Bal. in l. fin. C. pro donato, per l. filiusfami. §. ex rebus. & ibi tenet Alex. de don.

Fructus pendentes intelliguntur esse fructus anni præcedentis, & pertinent ad usufructuarium, cui relictus est fundus, habens fructus pendentes. l. si pendentes. in princip. & ibi Flori. de usufruc. Vide Bal. in c. primo. in fin. an agna. uel fil. Sed an tunc hæredes repetant sumptus culturæ ab usufructuario, cui cedunt fructus: Flori. ubi supra. & infra. Hæres.

Fructus pendentes finito tempore conditionis pertinent ad colonum partiarium, non ad colonum, qui numis colit. Floria. in l. defuncta. j. col. ff. de usufru. & in l. si absentem. §. syluam. eo. tit. & supra Colonus. uer. cxxxvij.

Fructus pendentes pertinent ad dominum, quandocunque uasallus moriatur. Flor. in l. defuncta. in fi. prin. ff. de usufr.

Fructus pendentes possunt pignorari. l. & quæ nondum. in prin. ff. de pigno. l. si colonus. §. j. & ibi Bart. ff. qui po. in pig. ha. ubi sufficit, rem esse in bonis tẽpore obligationis fructuum. Item faciunt fundum pretiosiorem. Bar. in l. in lege Falcidia placuit. ad legem Fal.

Fructus pendentes tempore mortis testatoris ex legato sunt restituendi legatario, tanquam pars legati, non autem percepti. Bal. in l. j. ij. col. C. de usur. & fruc. lega. & in l. si quis bonorum, de lega. j. & infra. Fructus legati. uer. xvij.

Fructus pendentes tempore testamenti an ueniant appellatione bonorum mobilium. Paul. de Ca. in consil. ccxxxij.

10 Fructus pendentes non dicuntur bona mobilia, sed separati a solo sic. in Spec. de fruc. & interesse. §. j. uer. sed pone. & Floria. in l. si fur. de usufruc. alias. l. Iulianus. Unde

Fructus pendentes non ueniunt in legato bonorum mobilium. Bal. in addi. Sp. de fruc. & interes. §. j. & per Pau. de Castr. consi. ccxxxvij. an computentur in legitimam infra Fructus computantur. uersi. iiij. Sed an ueniant appellatione immobilium. Ale. in l. mouentium. de uerb. sign.

Fructus cadentes in fundo uicini possunt recolligi per dominum eorum, inuito domino fundi. in Sp. de iniur. §. ij. uer. item si. Bar. in l. j. in fi. ff. de gland. elegenda.

Fructus cadentes in fundo uicini possunt per uicinum, uel eius animalia pasculari impune. l. qui seruandarum. §. fi. & ibi Bar. ff. de præscrip. uerbis. sed tenetur dominus animalium actione in factum domino fructuum: ut ibidem.

Fructus percepti per fratres possidentes diu bona pro diuisis, non ueniunt in collationem bonorum: quia præsumitur inter eos facta diuisio. Bal. in l. j. vij. q. C. qui admitti.

* Fructus emphytheota pceptos post elapsos tres annos, quibus canonem domino non soluit, domino restituere est compellendus. Specu. in tit. locat. §. nunc aliqua. uer. x. Alb. in l. ij. col. viij. C. de iur. emphy. Ang. in § si uero. in aut. de non. alie. Iaso. co. xxix. nu. 3. uol. j. Ac. Ma. Ma.

† Fructuum qualiter fiat diuisio inter hæredem grauati, & fideicommissarium. Soc. iij. uolu. consi. xlij. colu. secunda. uide Cor. iij. uol. consil. clviij. colum. fina.

✠ Fructus a filio, cui onus fideicommissi testator imposuit, postquam legitimam detraxit percepti, sunt computandi in Trebellianicam, licet alias si una tantum quarta detraheretur, non essent. l. in fideicommissaria. ff. ad S. C. Treb. l. iubemus. C. e. Paul. Cast. in l. scimus. in prin. C. de inoff. testa. in l. mulier. §. cum proponeretur, ubi & Alex. co. antep. ff. ad S. C. Trebel. Iaso. in co. xliij. dub. ij. in termin. uol. iij. Ac. Ma. Ma.

Fructus percepti ex fundo alieno non trasuent in dominium perceptoris. Bal. in l. ex nominis. C. de hæredi. uel ac. uen. uide. l. si fur. ff. de usufr.

† Fructus percepti ex prædijs alicui obligati, cű sint, eiusdem naturæ cum re obligata, d. Barth. Socin. in consi. xciij. incip. circa primum. uer. confirmatur. in j. parte.]

Fructus perceptus semel intra biennium dicitur unicus. Bar. & Ioan. de Imol. in l. diuortio. §. quod in anno. sol. ma.

Fructus percepti pendente dilatione an cedant debitori, cui est concessa dilatio. not. in l. mulier. §. alia. ad Treb. & infra Fructus dotis. uersi. xvij. Et an hi computentur in Falcidiam, & Trebellianicam. in d. §. alia.

Fructum perceptorum æstimatio debetur ab his, qui perceperunt licitè, ut tutor, creditor, maritus, & similes, alias debentur ipsi fructus, qui de cætero

possunt crescere.& Bar.in l.diuortio.§. ob donationes.in fi.ff.sol.ma.

Fructus percepti post innouationem appellatione pendente ueniunt in reuocatione innouatorum.c bonę memoriæ.& ibi Bal.& Phi.de appel.

Fructus percepti conditione pendente,non restituuntur . gloss. & Barto. in l. emptor. in princip. de rei uend.Bald.& Ioann. de Imo. in l. domos. de legat. primo.

Fructus percepti dicuntur statim quod sunt a solo separati,etiam non reconditi in horreo.Bar. & Ang. & Pe.de Sun.in l.ex diuerso.de rei uen.Cyn.& doc. in l.certum.C.eo.tit.

Fructus percepti ex bonis banniti distractis , an restituantur bannito restituto.Ang.in aut.de hæredi.& Fal.§.j.colla.j.Item

Fructuum perceptio qualiter probetur.Bal.in l.si fundum.in fi.C.de rei uend.

Fructus percepti per uxorem de bonis uiri uigore legati,an extenuent dotem. Paul. de Castr. consilio. ccclxxxv.

Fructuum perceptorum quantitas probatur iuramento.gloss.& doc.in l.si traditio.in fin.C.de act. emp. & in authen.de nup.§.quia uero.& Lud.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& per testes.Bal.in l. j. C. de fru.& li.expen.

Fructus percepti authoritate iudicis, non sunt restituendi.l.fi.C.ad Carbon. Bal.in l. non ignorant. in prin.C.de fruc.& litis expen.

✠ Fructus ex re alienari prohibita percepti restituēdi sunt fac.l. si pater. C. de usufr. faciu. quæ. in simil. quæstion.tradunt Spec.tit.locat.§.nunc aliqua uer. x.Alber.in l.ij.col.viij C.de iur.emphy.Ang. in §. si uero.in aut.de no.aliena.Iaso. in termi. co. xxix. dub.iij.nu.3.uol.j.Ae.Mar.Ma.

✠ Fructus a fructuario post usumfructum extinctum percepti restituendi sunt.l.si pater.C.de usuf. Ang. in §.si uero.in aut.de no.aliena.Ias.co.xxix. nu. 3. uol.j.Ae.Ma.Ma.

Fructus percepti dicuntur duobus modis. in Specu.de fruc.& interesse §.j.

Fructus perceptos tenetur restituere, qui renuntiauit liti,& causę,& beneficio,nisi de facto dimiserit possessionem. j.uer.Renuntians liti.uer.xvij.

† Fructus percepti ante restitutionem fideicommissi pertinent ad rogatum.do.Pe.Phi.Cor. in consi. lx. incip.in hac.in litera h,in prima parte.

† Fructus percepti post moram sunt restituendi fideicommissario,d.Pe.Phi.Cor.in con.clviij.inci. uiso in litera h,in iij.parte.]

† Fructus percepti ex patrimonio mulieris , & sic in re uniuersali,augent ipsam rem do.Bartho.Soci.in consi.[illegible] incip.circa primum.uer.confirmatur.in j.parte.]

Fructus percipiendi quando debentur, qui percipi potuerunt a petitore,non a possessore.l.apud Iulianum.§.primo.& ibi Bart. de lega. j. l. si nauis.de rei uend.nisi possessor habuerit causam a domino, ut creditor in pignore:quia tunc cōsiderantur qui percipi potuerunt a possessore creditore habente causam a debitore domino pignoris.altàs considerantur percipiendi a domino . l. ij. & ibi Bal.C.de pig.act.& dicit Bar. in l.creditor.e. tit.quod probatur , probādo quod domus potuisset pro tanto locari annuatim.

Fructus percipiendi,qui dicantur, & quomodo glo. & Bar.omnino in l.ex diuerso.iiij.col.ff. de rei uen. & in l.si nauis.§.generaliter.e.tit.& supra eod. & Rapha.de Cu.in l.apud Iulianum.§.j.de le.j. & Raph. Fulgo.in d.l.si nauis.

Fructibus percipiēdis legatis,debetur ius ususfructus. Bar.in l.Trebatiani.ff.de usufr.leg.Bal.in l.fructus ff.sol.matr.

Fructus percipiendi non possunt in summa deduci per iudicem glo.in l.Iulianus. §. primo. ff. de rei uend. Ang.& Alex.in l.si marito.§.si fundum.ad fi.solut. ma.Ang.in l.ubi.§. primo. de uerbo. oblig. contra Bald.in l.prima.C.de sen.quæ sine cer.quan.profe. in l.prima.C.si secundo nup.mul.Et cum opi. Ang. tenet Imol.in l.si stipulatus. §. cum stipulamur. de uerb.oblig.

Fructus percipiendi probantur per coniecturas , sicut interesse lucri cessantis, scilicet per proximas coniecturas illius anni , quo percipiuntur, & per redditus terrarum uicinarum , non per redditus ueterū præteritorum annorum , sed recepti probatur per testes.Bal in l.j C. de fruc.& lit. expen. quem uide omnino in l fundum.C.de rei uend. ubi dicit quod quando probantur per coniecturas,potest iudex deferre iuramentum in supplementum probationis, quod no in l in bonæ fidei.C.de re.credi.& in l.admonendi.de iureiur.

Fructus percipiendi dicuntur duobus modis:& de eorum materia uide in Specu. de fruc.& interesse. §. primo.

Fructus percipiendi an nō debeantur propter titulum infra Malæ fidei possessor.uer.xxvj.

Fructus separati quomodocunque,pertinent ad usufructuarium infra uer. Fructus usufructuarij.uer.j.

Fructus beneficij a solo separati cuius sint, mortuo rectore.j.Fructus beneficij.uer.xvij.

Fructus separati a solo existentes in facie fundi uenditi,pertinent ad uenditorem, & occupati ab emptore sunt restituendi:qui emptor ui occupans tenetur actione ui bonorum raptorum.l.ij.& ibi Bald.C.de actio.emp.Item separati sunt coloni.Bar.in l. ex diuerso.de rei uend.

Fructus a solo separati per quēcunque, fiunt bonæ fidei possessoris.Flo.in l.si fur.alias.l. Iulianus de usu fru.& l.si eius fundi.& ibi Bar.de rei uend.

Fructus extantes præscribuntur a bonæ fidei possessore,etiam sine titulo. Bald.in l.j. ij.col.C.de usu.& fruc.leg.

Fructus tam extantes, quàm consumpti , præscribuntur triennio.l.sequitur §.fructus.& ibi Bar.ff.de usu cap.Bal.in l.j.j.col.C.de usur.& fruc.lega. Pet. de Sun.in l.eos.in fi.C.de usuris.

Fru-

Fructus extantes quomodo petantur infra Fructuum petitio.uer.iij.

Fructus renascentes an debeantur.glo.doc.in l. damni.§.si is,qui uicinas.ff.de da. infe. facit gl.in l.obligationum fere. §. placet. ff. de act. & obli.in l.item.ff.arbo.fur.ce.& Floria.in l.defuncta.in fi.principij.ff.de usuf.gl in l.rem.§.item quæcunque.ff.de rei uend.& tex.in l.qui fundum.§.fundi uenditor.de contrah.emp. & infra Fructus futuri.uer.j.& ij.

Fructus consumpti ex bonis uiri per uxorē possessis percepti extenuant summam dotis.Bal in l.si cui.C.de non nu.pec.no.in l.Titia.de sol.Inn.in c.ad nostram.de iureiur.

Fructus consumptos non reddit bonæ fidei possessor. supra Bonæ fidei possessor.& Bar.& doc.& Alex.in l.insulam.§.j.sol.ma.

Fructus consumpti dicuntur,quando de eis nihil super est,non quando conuersi sunt in patrimoniū, adeo quod quis est locupletior factus ex illis, secundum do.Mari.Soci.in consi.an fructus rerum parapheranalium,&c.per l.idem seruandum. de lega. ij. & l. non amplius.in prin.& l.planè circa medium.de lega.j.& Bal.in l.ubi adhuc.pen. colu. ubi etiam per Barto. C. de iure do. dicit non dici consumptum, quando aliquid est emptum uel permutatum, uel aliter in corpus matrimonij conuersum: per dictā. l.idem seruandum.

Fructus consumpti petuntur in æstimatione infra Fructuum petitio.uer.iij.& xx. & præsumuntur cōsumpti ex longo tempore.Barto. in l. eum. de his, qui. ut indig.

Fructus futuri uenditi pro uno anno de uinea, uel fundo,debentur primi,non secundi si fundus bis fructat anno ex diuersa cultura: secus si ex una tantum.Flor.singu.in l.defuncta.ff.de usufruc. Idem tenet Bal.in l.diuortio.solu. mat. & Ale. consi.xv.iiij.parte. & in l.boue.§. hoc sermone. de uerb.sig.

Fructus secundus renascens ex stipula. non debetur emptori fructuum supra uer. Fructus renascentes. uer.unico.

Fructus futuri incerti annui dari possunt pro usuris. l.cum non frumentum.& ibi Bal.C. de usuris. & l. si enim.eo.tit.

Fructus futuri,& incerti,an possint licitè emi, soluendo pretium tempore contractus sine reatu.Inno.in c.ciuitate.de usuris.Io.And.in addi. Spe. de usuris. in rub.l.necessario.de peri.& commo.rei uen.l. nec emptor.de contrahend.emp.Pau.de Castr.con.xix. ij.col.quod sic.& quod non habet locum.l.ij.C.de rescin.uen.no.ff.loca.Item.§. fin.ubi dicitur ꝙ nec emere, nec conducere eos quis prohibetur uili, & paruo pretio:licet cōtrarium exclament hodie prædicatores in pulpitis post sanctum Bernardinum:& tamen in hoc ualde aduertendum, secundum doct. ad conscientiam,quæ habet multos angulos:ut tenet Bald.in Marga.§.fructus.uer.ij.ubi dicit de iure ut supra maximè in fructibus industrialibus, qui non habent certam quantitatem, uel naturam:arg. l.Modestinus.de don.l.sancimus.C.e.ti.l.si ea lege. C.de usuris.Sed Bald.in rub.C.de usuris. iij. quæst. dicit quod est usura,si præsens numeratio pretij ex causa damni uenditoris,non si sola promissio. & J. uer.fin.

Fructus futuri sunt incerti. l. si ea. & ibi Bald. C. de usur.

Fructus futuri incerti si uendantur,ualet contractus.J. Venditio de quibus.uer.xix.

Fructus immaturi an colligi possint per usumfructuarium finito usufructu ante tempus quo erunt maturi.Bald.in l.si pater.C. de usufruct.

Fructus immaturi cedunt usufructuario finito tempore usufructus.l.si absente.§. syiuam. ff. de usufruct. Item

Fructus immaturi cedunt emptori fructuum certi prædij pro certis annis: ut ibi per Flori. Sed non colono numis colenti.Flo.ibidem. & no. per gloss. in l. penul.ff de usufruct.legat & Flo.in l. defuncta. de usufruc.

Fructus in alieno fundo seminati cedunt fundo,& solo l. qua ratione.in prin.ff.de acq.re.do.& Inst. de re. diui.§.qua ratione.

Fructus in herba an emi possint.T.uerb. Fructus futuri.uer.iiij.& ī.uer.Emptio.

Fructus computantur in Trebellianicam.Bal.in l.ij. C. ad Treb. nisi in filijs primi gradus.l.iubemus.& ibi doc.& Bal.eo.tit. Vide doc.& Ioan.de Por.in l.cohæredi.§. cum filiæ. de uulg. & pup.Quod est uerum etiam iussu testatoris:ut ibidē & Bal.ubi supra.& Bar.in l.Papinianus. §. unde. de inoff.testa.Et uide Ang.in l. quod de bonis.§.quod auus.ad leg.Fal.& ibi Barto.dicit quod nepotib.imputantur, per l.in fideicommissariam. ad Trebell. Item percepti negligentia non petentis non computantur in Trebellianicam.l.mulier.§.si hæres ad Trebel.Sed percepti iudicio testatoris computantur in quartam secus si percipi pot..issent a diligentissimo patrefami.l.deducta.§.ante diem.& ibi Barto.ff.eod.tit. Item percepti ante aditam imputantur in quartam,non percepti post.Bal.in d.l. iubemus.iiij.col.Vide omnino Pau.de Cast.consi.xc.& xcij.& in Sp.de testa.§.j.uersic.an fructus. † Et per Fran.Are.in l.cum filio.de leg. j. in x.colu. & uide Ang.in con.cclxxxvj.]

Fructus non computantur in Falcidiam.no. in l. in fideicommissariam. ad Trebel. & Angel. in l. iij. ad leg.Falcid.& in l. quod de bonis. §. fructus. eo tit. per Bald.in l.secunda.C.ad Trebel.& in l.iubemus. eod.tit.

Fructus computantur in Trebellianicam,etiam parentibus primi gradus institutis a filijs.l. filiusfamil. §. qui militis.& ibi Bar.& doc.ff.ad legem Fal.Ange. in l.quod de bonis §.quod auus.eo.tit.

Fructus pendentes.computantur filio in legitimam, secundum Raph.in consi.& Ioan.de Por in l.cohæredi.§.cum filiæ. uer. quæ ita.de uul.& pupil.Vide

omnino l. iubemus. & ibi Bal. iij. col. C. ad Treb. & Bal. in aut. nouissima. j. col. C. de inoff. test. ubi omnino uide. & in l. cum scimus. §. illud. e. tit. & in l. filiú quem habentem. ff. fami. erci. doc. & Pet. de Sun. in l. fructus pendentes. de rei uend. Vide etiam Bal. in l. non est. C. fam. erc. Bar. in l. Papinianus. §. unde. ff. de inoff. test. ubi tenet fructus non computari in legitimam, nec Trebellianicam filijs primi gradus & Pau. de Cast. in consi. cxij. Item an legitima parentum per Bal. in repe. c. si pater. de testa. in vj. † Et Bald. in l. Papinianus. ff. de inoffic. testa. §. unde si quis.

Fructus legitimæ an sint filio restituendi a bonæ fidei possessore. Bal. in d. l. non est. fam. er.

Fructus an computentur in pretium uenditionis factæ in fraudem usurarum. Bal. in l. prima. C. de pig. actio.

Fructus pignoris an computentur in sortem. infr. uer. Fructus pignoris. uer. j. & vj.

Fructus computantur in expensis: ut infra eod uer. xj. gl. ord. & Bal. & doc. in l. insulam. §. fructus. sol. ma. Quod uerum etiam per malæ fidei possessorem, qui eos imputat in expensis factis causa culturæ, non in factis causa custodię. Barto. in l. cum quæritur. §. prædijs. de lega. iij. & ibi omnino per Alexand. post Barto. qui fuit sibi contrarius, nisi pro custodia antiqua, & ideo non repetuntur, secundum Ange. & Io. de Por. in l. quod si nulla. de leg. j. uide Bar. in d. §. prædijs. Vnde

† Adde q̃ fructus in sortem cóputare non tenetur creditor habens proprietatem rei pignoratæ, quasi cósolidetur tunc usufructus cum proprietate. text. & ibi Abb. in c. conquestus. de usur. Et nota etiam qđ fructus etiam ex arboribus contingens debet cóputari in sortem, maximè si arbores sunt fructiferæ, puta uiridarium uel nemus, in quo inciduntur ligna & uenduntur: & generaliter oẽs fructus, quantumcunque modici, cóputantur in sortem: Abb. in c. ij. de usur. Et an fructus rei pignoratæ attenuent sortem, & creditor teneatur computare sibi fructus in sortem, si erant percipiendi. uide plenè per Abb. in c. j. e. tit. & in c. conquestus. e. tit. & in c. j. de feu. & in c. ad nostram. el. j. de iureiur.

Fructus per custodem rei percepti ex re, an computentur in sumptibus factis pro custodia rei supra eod. proxi. uer.

10 Fructus extenuant sumptus meliorationis. in l. super. C. de euic.

Fructus percepti ex re aliena computantur cum expésis factis in ea per possessorem bonæ fidei. l. in fundo. & ibi doc. de rei uend. non si res est propria fidei commisso subiecta Ale. ibi per gl. sing. in l. emptor. e. tit. & Bal. in l. in insulam. §. fructus. & ibi Alex. in ff. sol. ma Bal. & Imol. in l. domos. de leg. j. ubi allegauit d. gl. Pe. singulariter.

Fructuum computandorum cum sumptibus exceptio quando opponitur. Alexand. in l. in fundo. de rei uendi.

Fructus computantur in sumptibus factis etiam a bonæ fidei possessore in utilitatem rei, & non cedunt illi. Bal. in d. l. super. C. de euic.

Fructus non computantur in sumptibus factis per hæredem in re legata. Bal. & Io. de Por. in l. domos. de leg. j. per gl. in l emptor. ff. de rei uend.

Fructus rei fideicomnisso subiectæ non computantur in dotem. Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebellia. ubi etiam dicit quod.

Fructus consumpti per uxorem cóputantur sibi in dotem, si malitiosè consumpsit, non alias. & Paul. de Cast. con. cxxviij. & infra.

Fructus cum pecunia, uel usuris, compensantur. l. minores. §. prædia. & ibi Bar. ff. de minori.

Fructus percepti pendente conditione, uel modo, cóputãtur in Falcidiã, & Trebellianicam. l. mulier. §. alia causa. ff. ad Trebel.

Fructus cum pretio compensantur. l. emptor. in prin. & ibi Bar. ff de rei uendic.

20 Fructus percepti a bonæ fidei possessore computantur cum usuris, & sic indistinctè non cedunt eius lucro. Barto. in d. l. emptor. in principio de rei uendica.

Fructus dotis an computentur in dote infra Fructus dotis. uer. xiij. & per discursum.

Fructus cópensantur cum sumptibus factis in re. Bal. in l. in insulam. §. fructus. ff. sol. ma. & gloss. in l. emptor. de rei uendi. gl. & Bart. in l. si mortis causa. ff. de don. causa mortis. Quod uerum, etiam in bonæ fidei possessore, qui non recuperat sumptus, si debet restituere fructus: quia tunc computantur. in l. sumptus. & ibi Bar. & gl. in l. in fundo. ff. de rei uen. & supra eo. uer. xj.

Fructus rei legatæ extenuant debitum, ad quod testator tenebatur legatario. l. quod de bonis. §. quod auus. ad leg. Fal. & ibi Ang. quod uerum, est etiam si sit naturale tantum. l. mulier. §. cum quæreretur ad Treb.

† Fructus percepti per grauatum an computentur in legitimam, uel Trebellianicam ex dispositione expressa testantis: uide Raph. Cu. in con. xxv. in iij. & iiij. col. circa medium. & in con. lxv. in medio. uide eum in consi. lij. per totum. ubi pulchrè.]

Fructus beneficij an computentur cum sumptib. infr. uer. Fructus beneficij. uer. xxvij.

Fructus ueniunt ex possessione ciuili, non ex sola naturali. l. si fur. per Barto. de usufruc. & in l. secunda. §. ex contrario. de acq. pos. & infra, uer. Possessio naturalis. uersi. iij. & in uer. Possessor lucratur. uer. ultimo.

Fructus non ueniunt in stipulatione de tradenda uacua possessione, nisi a tempore moræ. l. ratio. §. j. & ibi Bar. ff. de ac. empti. uide in l. si stipulatus. & ibi Bar. ff. de usur.

Fructus an ueniant in donatione. in l. in ędibus. §. ex re. ff. de don. glo. & Bar. in l. Nesennius. §. fundum. de re. iudi.

Fructus non ueniunt in uerbis, Quicquid ad te peruenerit. l. hæredes mei. in princip. ff. ad Treb. Bart. in l. Mæuio. §. a me. in fin. de legat. ij. uide in l. Lucius. eo. tit.

Fructus præscribuutur etiam sine titulo, & bonæ fidei possessore, si extant. Bald. in l. j. ij. col. C. de fructi. & lit. ex pen. uidelicet triennio. l. sequitur. §. fructus. & ibi Barto. de usucap. & Petr. de Su. in l. eos. in fine. C. de usuris. scilicet si petuntur ut sui, uel debentur officio iudicis. Bal. & ibi. & per Alex. in d §. fructus.

Fructus rei mobilis percepti intra terminum usucapionis per usucapientem bonę fidei possessorem, an sint usucapientis. Barto. in l. iij. C. quod metus causa. & supra. Bonę fidei possessor, &c. uersicu. xviij. & melius in uersi. x.

Fructus ultimi anni percepti ex re præscripta, intelliguntur etiam esse præscripti, sicut res ipsa. Bal. in l. terminato. j. col. C. de fruc. & lit. expen.

Fructus communicantur inter dominum animalium, & pastorem. infra. Fructus animalium. in prin.

Fructus percepti per fratres possidentes diu bona pro diuiso, non ueniunt in collationem bonorum: quia præsumitur inter eos facta diuisio. Bald. in l. j. vij. q. C qui admit.

Fructus aduentitiorum unius fratris ex pluribus, qui diuiserunt, communiter consumpti in uictu communi, non repetuntur. sed sunt effecti communes, licet alter frater nihil, uel minus posuerit in communi, quamuis proprietas communicata non censeatur. Bald. & Ang. in l. fi. C. de colla. per Bald. & Iaco. de Aluaro qui refert Barto. consuluisse id esse uerum, quatenus consumpti sunt, non quando supersunt, quia illi cedunt domino: sicut dicitur in fructibus paraphernalium non consumptis, qui cedunt uxori. Vide omnino Pe. de Perusio in tractatu de socie. vj. parte. xv. q. & in. v. parte. vj. q. & Fran. Por. de duob. fratrib. j. parte. xxj. q. & in ij. parte. lxiij. q. & j. eod. & per Alex. consi. xlviij. j. parte.

Fructus laboritij qualiter diuidantur inter fratres, uel socios, quorum alter habet liberos, alter non. Bald. in l si patrono. C. de neg. gest. & per Barth. in consi. Bittoniensis, &c. & in consi. duo fratres. Bald. in l. j. xj. q. C. pro socio. & Pe. de Vbal. in trac. de societa. iiij. parte. uer. quæro quid si filij. & in xj co. Et quid si filij sint impuberes. ibidem. Et uide omnino per Alexand. consi. xcix. ij. parte. & Barto. in consi. Cucciareli. & Ange. consi. x. Vanutius, &c. Ange. in l. ex duobus. de neg. gest. & Bal. in l. si patruus. penul. q. communia utri. iudi. & in addi. & Barto. in tracta. de duobus fratribus. quod lucrum diuiditur in capita inter omnes, qui operas posuerunt. quid de bladis, & quid de melioramentis. Alex. in d. consi. & in cōs. cxxxiij. ij. par. Et do. Ias. May. Insti. de act. §. sequens. nu. 47.

Fructus percepti per unum filiorum ex bonis paternis conferuntur fratribus. l. certum. C. fami. ercisc. Sed percepti ex aduentitijs sciente patre, & patiente, non conferuntur. l cum oportet. §. sinautem. C. de bo. quæ libe. & gl. in l. dotem. de castren. pecu. & Bal. in authen. testamento. vj. col. C. de colla. & ibi Bal. in ix. col. ubi idem dicit de fructibus dotis datę filio, cuius pater subierat onera matrimonij.

Fructus diuentium communiter sunt communicandi pro necessitate uictus tantum, non abinde supra, sed sunt præcipui cuiuscunque. Bald. in c. j. de duob. fratrib. de no. bene. inuesti. in usi. feu. Vide Bald. & Ang. in l. fi. C. de colla. & Pet. de Vbal. de socie. vj. parte. xv. q & Barto. in consi. Bittoniensis. Et an ueniant in iudicio communi diuidundo. in l. si quis. §. siue. & ibi Bar. ff. communi diui.

Fructus lucratur, & suos facit, qui posside t ciuiliter, non qui naturaliter tantú. l. si fur. per Barto. de usufruct. & in l. iij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos.

Fructus separatos facit suos bonæ fidei possessor. l. si eius. & ibi Bar ff. de rei uen. non eius hæres. Bart. in l. ex diuerso. in fin. princ. ff. de rei uen. per. l. ij. C. de fruc. & lit. expen. uide l. si fur. de usufruc.

Fructus suos an faciat qui a principio fuit bonę fidei possessor, si post superuenit sibi mala fides Bar. in l. ex diuerso. ulti. col. ff. de rei uen. & ibi Alex & supra Bonę fidei possessor. uersi. xiij.

Fructus non lucratur possidens bona, authoritate sententiæ, quæ est nulla. Bald. sing. in l. ij. xxj. col. C. de serui. & aqua. Sed Bar. & Ang. & Imo. contra. in l. si fur. §. j. ff. de usucap. & Bart. & Pau. de Cast. in l sed si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. & Lud. Pon. in sing. uersi. xciij. & quod per glo. & Flori. in l. iuris ignorantia. C de iuris, & fac. igno. & Io. de Imo. in c. pe. de rebus eccle. non alie. Item

Fructus an lucretur, qui errat in iure: uide in legibus. s. alleg. & s. uer. Error iuris. uer. vj. & x. uide plene. & Alexā. consil. cc. iiij. parte. & ibi dicit eos restitui † ab eo, quatenus est factus locupletior. † Et per Fel. c. iiij. de rescrip. in ix. col.]

Fructus suos facit colonus, statim quod hi sunt a solo separati per eum, uel aliū eius nomine. l. si seruus. §. locaui. ff. de fur secundum Bar. in l. ex diuerso. j. col. ff. de rei uen.

Fructus perceptos lucratur hæres scriptus interim, donec præteritus uenit per contra tabulas: quia hęres percipit cum titulo, & ex mora præteriti non petentis. Bald. in l. certum. j. col. C. unde cognati. ubi etiam dicit quod si præteritus est minor, restituitur ad tales fructus.

Fructus suos an faciat missus ex primo decreto iudicis. Specu. de primo & secundo decre. §. iij. uer. hoc aût no. & j uer. Missus. uer. xiij. & xv. & xvj. s. Decretum primum. uer. xlvj. quod sic, quod reus ueniens intra annum, & satisfaciens debitum, eos recuperat. eo. ti. §. v. uer. missus ergo. & uide de materia. eo. titu. §. xij. uer. sed nunquid missus. & plenius per Alex. post Bart. & doct. in l. si finita. §. Iulianus. pe. char. de dam. infec.

Fructus quandoque non lucratur bonę fidei possessor. in Specu. de expensis. §. primo. uer. expensæ. & seq.

Fructus suos aliquis possessor facit, & aliquis non in Spec. de propric. §. j. post uer. porro.

Fructus suos quis possessor faciat. infra. uer. Possessor lucratur. per totum. & in Spec. de fruc. & interesse. §. j. &

§.j.& supra.Bonæ fidei possessor. & infr.uer.Malæ fidei possessor.per discursum.

Fructus suos ex arboribus an faciat suos uir,& an colonus. in Specu.de loca. §. primo.post uersicu.sed pone, &c.

Fructus an quis lucretur ex negligentia alterius.Bart, in l.si mora.sol.matri.

Fructuum acquisitio potest habere locum, ubi habet locum usucapio:ut l.ij & ibi Bal. C.si quis rem mino.& Alex.consi.xxxiiij.iij parte.

Fructus hæreditatis non ueniunt ante moram in fideicommisso uniuersali.l.iubemus. C.ad Treb.Bal. in l. prima.C.de usur.& fruc.lega.

Fructus hæreditatis legatę percepti,& consumpti per legatarium,cedunt ei,& non ueniunt restituendi alteri legatario.cui legetur ab illo.l.cum pater.§.filia mea.& ibi Barto.de leg. ij. & l. cum filius.§.Lucio. eod.titu.per Bald. & in l. Lucius. §. quæ marito.& ibi Bart.eo.tit.

Fructus percepti ab hærede grauato restituere,debent restitui simul cum bonis,nec cedunt lucro hæredis, quando bona sufficiunt oneribus hæreditarijs.l.ita tamen.§.ex asse.& ibi Bar.ff.ad Treb. Item si sit rogatus,& ipse tacitam fidem accommodauit de restituendo:quia tenetur etiam ad fructus.l.eum, qui.& ibi Bar.ff.de his,qui.ut indig.Item

Gabella de testamento soluenda, intelligitur si hæreditas est lucrosa: aliàs solui non debet.Pau.de Ca.in l. fi.§.in cōputatione.C.de iuredelib. in aut.de nup. §.si uero expectet.& ibi Ang.col.iiij.

Gabella de legato facto pro anima consanguineo pauperi non debet solui, stante statuto quod soluatur de quolibet legato, nisi de pio: quia illud dicitur pium.gloss.& doc. in c.ij. de sepultu. Secus si fiat consanguineo diuiti, quod non dicitur pium. gloss.& Bald.in l.illud.C.de sacrosan.eccle.& in l.j. eodem titu.& in auth.similiter.ad legem Fal. Bart. in l.alio. de alimen. lega. & in l. diuus. si cui plus, quam per legem Fal.nisi testator legans credat eū esse inopem: quo casu licet sit diues, dicitur legatum pium. Idem si est diues, sed non quantum pertinet ad eius conditionem Bar.in d.l.j.ij.q.secundę principalis.dixi ubi.supra viij q.& infra Legatum pium uersic.j.circa principium, & per Vincen. Paleot.in con.in hac hęsitatione prius.quod est post con. xv. Ale.iiij.parte

Gabella si uigore statuti solui debet.de quolibet legato, & alio statuto cauetur quod uir uxori non possit legare ultra centum, si uir uxori legauit centum, & grauauit testator hæredem ad solutionem gabellæ, ualet legatum, & solutio gabellæ non computatatur in legato facto de centū, quia si non computaretur, excederet summam statuti. & non ualeret.

Bal. in l. ij. §. ij. in fi. in lec. anti. C. communia. de lega. & quod per Bar. in l. sed si hoc. §. j. de condi. & de mon. dixi. s. ix. q.

Gabella stante statuto quod de relictis, & rebus, uel quantitatibus donatis soluatur, exceptis coniunctis usque ad quartum gradum, an in exceptione comprehendatur uir, uel uxor: uide do. Pe. phili. Cor. in consi. cliij. incip. licet. per totum. in tertia parte.)

Gabella de legato remissiuo cautionis solui nõ debet. Bal. in l. ij. in lectu. anti. C. de condi. inser.

Gabella pro legato post terminum statuti solui nõ potest. Bal. in l. fi. ix. opp, in lec. anti. C. de condi. inser.

Gabella pro legato repudiato debet solui per heredẽ, apud quem remanet legatum cum onere. Bald. in l. pen. uer. item ad quęstionem de gabella. C. de condi. inser. dixi ubi. sup. xij. q.

Gabella pro legato male ablatorum incertum solui non debet, quia pium est. Bal. in l. si seruo. de hæredi. institu. Bar. in l. j. iiij. q. secundę principalis. de sacrosan. eccl. dixi ubi. s. xiij. q.

Gabella de omni liberalitate soluenda, debet solui de legato facto per patrem filio adoptiuo: quia ei non tenebatur aliquid relinquere. Baldus in l. cũ in adoptiuis. vj. co. C. de adop.

Gabella pro alimentis alicui relictis debet solui per hęredem, si imponitur pro rebus, quas hæres portare tenetur: sed si imponitur personæ, non ratione rei, debet solui per legatarium. Bar. in l. j. in fi. ff. de ali. & cib. lega.

Gabella, de hæreditate soluenda, nõ debet solui de paterna filio relicta Io. de Platea in rubrica Insti. uers. Alemanicus. Ang. & Raph. in l. in suis. de lib. & po-✠ stu. & ibi Ale. dixi ubi sup. xvj. q. ✠ Imol. & Ias. in d. l. in suis. nu. xj. fac. gl. in c. Pastoralis. de decim. Rim. co. cccvij. nu. viii. uol. ij. Ae. Mar. Ma.

Gabellarum fraudes qualiter committantur & puniantur, dicetur. infra eodẽ per totum.

Gabella res odio digna est cõtra quàm in dubio interpretatur, & iudicatur, Iaso. in l. j. col. j. ff. si ex noxal. caus. agat. Ang. co. ix. Ancara. con. cclxiiij. Corneu. co. cxcix. col. iiij. uol. j. co. cliij. uol. iij. Deci. co. xlviij. col. fi. co. cccclxij. col. ij. Aym. Crauet. co. ccxxxj. nu. xvij. l. ij. C. uectigal. no. insti. no. pos. l. uectigalia & ibi. Bar. ff. de publica. Bal. in l. j. q. j. C. qu. sit lon. consu. Abb. co. lxix. uol. j. M. Anto. Nat. con. cclxxiiij. nu. viij. uol. ij. Ae. Mar. Ma.

Gabellæ inductæ a principe, uel legitime quomodocũque, non possunt sine peccato fraudari tam a ciue, q̃ a forensi: sed inductę a non habente potestatem possunt licite fraudari tam a ciuibus, quam a forẽsibus nisi inferior, qui eas induxit, hẽat priuilegiũ a principe, uel ex præscriptione quia fraudari possunt a forensibus tantum, non a subditis, sine peccato. doc. mod. & Ang. de Perig. & Ale. in l. uectigalia. in pri. post. Bar. ff. de publi. & Bal. in c. j. quæ sint reg. & uide Bal. & Ang. in l. ij. C. de iure aure. annu. & in l. j. per Bal. C. de cadu. tol. & in l. iij. C. de nau. fæno. & in l. j. ij. co. de rerum diui. & in l. ueluti. de iusti. & iure. & Hosti. ti. de censi. §. ex quibus causis. uer. exactiones. Pet. de Ancha. in regula. possessor. iiij. q. li. vj. & dixi in tractatu gabel. xj. parte. j. q. & uide Ab. in c. innouamus. de censi. q̃ ẽt clericis licet fraudare imposita laicis, nõ t̃n ciuibus, qui eas sibi imposuerunt. Adde Ale. in l. si publicanus. §. in uectigalibus. † de publicanis. † Et per Fel. in c. canonum. in xj. col. in fi. in uersi. ex quibus uerbis. de consti.)

✠ Gabellæ iniustæ fraudem faciens, neque Deo neque hominib. tenetur Io. Bapt. Asin. in l. j. nu. lxx ff. de religio, & sumpt. funer. Iacob. But. & Bal. in l. ij. C. de iur. aut. annul. & ibi Ang. Bal. in l. Cũ p̃ponas. C. de nauti. fænor. & in l. ueluti. in j. lect. in extre. ff. de iust. & iur. & in rub. de consuetudi. Abba. in proœm. decreto. Rex pacificus. col. iiij. & in c. j. de constitutio. in c. innouamus. de censi. Antoni. Trigon. singul. lxxxix. Ae. Mar. Ma.

Gabellam fraudans si moritur intra quinquẽnium, potest fiscus uendicare res, quæ incidit in commissum: & interim eius anima nõ dãnat. Bal. in l. ij. C. de uecti. & cõ. de quo ego satis dubitaui in dicto tractatu.

✠ Gabellæ fraudem factam ex coniecturis põt probari Ale. co clxxxviij. post. pri. uol. vij. Aymo. Crau. co. cxv. nu. j. Ae. Mar. Man.

Gabellam fraudare dicitur, qui cum mercibus transit: & non soluit, etiam si gabellarius eum non interpellat ad soluendum gabellam, cum tacere possit, donec transeat mercator: quo non offerente, uel soluente gabellam, possunt ei merces auferri. l. fi. §. diui. el. j. & ibi doc. & Bar. ff. de publi. quod uerum, si dolose transiuit, non si per errorem: quo casu res liberantur solutione dupli. d. §. diui. el. ij. dixi ubi s. ij. q. Item uerum, nisi gabellarius remiserit transeunti gabellam. d. l. fin. §. si quis professus. & ibi Bart. & doct. qui dicunt uerum, quando gabellarius exigebat gabellas pro se, sed commune soluebat aliquid pro eis, uel etiam si exigebat pro communi habens generale mandatum ad exigendum & ministrandũ gabellas: secus uero si exigebat ex speciali mandato quia non posset eas remittere: arg. l. mandato generali. de cura. & l. j. §. magistrum. de exercit. & Bar. ubi s. & j.

Gabellarius si dedit licentiam transeundi cum mercibus, durat illa septem dies: unde si trãsitq; uis post, dicitur fraudare gabellam. Bar. in l. j. C. de exactio. li. xij. Ludo. de arbi. in rub. ff. de arbi. xxij. colu. Pet. de Sũ. in l. j. iiij. co. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. p̃fer. Quod uerum est, etiam si illi septem dies transeant in tẽpus successoris in gabellis: secundum Ludo. Pon. in l. mancipia. §. interdum. ff. de publi. & cõsuluit Bal. in consi. uisa licentia. ar. contra in gl. in l. j. C. de postu. dum loquitur de interlocutoria.

Gabella cum fraudatur, res incidit in commissum id est, perditur ipso iure tota, & eius dominium transit in gabellarium, quando scilicet est omissa professio, & solutio gabellæ. lege commissa. & ibi. Barto. de publi. non tamen possessio. glossi. Bartol. ibi & no. in l. fi. C. de sacrosan. eccl. l. cum duobus. §. idem respondit. & ibi Bar. ff. pro socio. uidelicet si dolo

dolo omittatur professio, & solutio, non si per errorem: qui si continget facto gabellarij, res nõ incidit in cõmissum: alias sic. d. §. diui el. ij. Aut professio non est omissa, sed solutio tantũ: & tunc duplicatur quod solui debuit pro gabella. d. §. diui. Ita Sal. in d. l. ij. C. de uecti. & Bar. & Moder. post gl. in l. cõmissa. ff. de publicanis.

Gabella si fraudatur, debet res de iure communi confiscari. & si gabella communi fuit soluenda, uel fisco l. j. & ij. C. de uecti. & commis. l. commissa. in princ. ff de publi. Siuero gabellæ sint locatæ priuato, debet res ipsa ei applicari, sicut & pęna. l. si quis sine. & ibi Bald. & Salic. C. de uectiga. ubi Salic. dicit uerum, etiam si nihil de hoc fuit dictum in locatione: cum sufficiat non esse actum contrarium. Idem tenet Salic. in l prima. C. eodem tit. & Cy. in l. creditor. §. primo. de act. empt. Bald. in c. ij. de feu. cog. Bald. in l. prima. C. de fruc. & lit. expen. Barth. Ce. in l. inter publica. §. publica. de uerb. sign. Quod uerum intellige, scilicet quod factum hominis, id est, sententia interueniat: secundum Bald. in l. si quis in tantam. xiij. col. C. unde ui. Vide omnino Alexan. post Ang. in l. si quis id. de iurisdi. om. iud. & in l. ij. §. fi. de oper. no. nun.

Gabellæ fraudator intra quinquenniũ non tenetur de casu fortuito contingente in rebus, quæ inciderunt in commissum, nec de culpa leui, uel leuissima, sed de lata, & dolo. Bal. in l. ij. C. de uectig.

Gabellarius, uel fiscus, potest uendicare res quæ inciderunt in commissum, tam ab hærede fraudantis, quam ab ipso fraudãte, & a singulari. possessore. d. l. commissa. in prin. & ibi doc. & Bar. ff. de publi. l. si publicanus. in principio eo. tit.

✠ Bar. in l. ij. C. de uectig. Io. Bapt. Asin. in l. j. nu. 90. 91. ff. de religios. & sump. fune. Ae. Ma. Ma.

10 Gabellam non dicitur fraudare, si mulio portans merces portet buletam, in qua descriptum sit nomẽ patroni mercium, non mulionis, ita ꝙ non põt mulio molestari a gabellario. l. paraphippium in fin. & ibi Bar. C. de cur. publico. li. xij.

Gabellarius ex coniecturis cognoscit an fraus committatur, scilicet ex qualitate rerum, & literarum, quas portat quis. Bal. & Sal. in l. iiij. C. de nau. fęno. dixi, ubi supra vj. q.

Gabellam fraudare dicitur, qui portat res alienas, & dicit esse suas, cum ipse sit exemptus a gabellis, & res tunc incidunt in commissum. l prima. & ibi Bar. C. de naui. non excu. li. xj. l. fi. C. de anno. & trib. li. x. per Bar.

Gabellarius potest uendere, sicut fiscus, res, quæ inciderunt in commissum. l. creditor. §. primo. & ibi Barto. ff. de acti. emp. Barto. & Alexand. in l. j. §. fin. de oper. no. nun. & Bal. in l. prima. in fin. si propter pupen. Quod uerum, etiam pro pęna fraudis. Alexan. ibi & Bald. in l. edicta. C. si aduersus fiscum. Item est uerum, etiam eidem, cuius fuerunt, id est, quondam domino, qui fraudauit gabellam. l. fin. in princip. & l. cotem. §. eam rem, & ibi Barto. & l. commissa. per Barto. ff. de publican. Cy. in l. prima. quæstio. j. C. si seruus extero. Bal. & Sal. in l. iij. C. de nau. fęn. Imo potest dominus alteri committere redemptionem, secundum Bald. in d. l. j. Item potest uendere hæredi eius, cuius fuerunt res ipsę gl. Bar. & doc. in l. commissa. in prin. dixi ubi supra. q. vij.

Gabellæ fraudatæ occasione nõ incidunt in commissum omnes res, quando portantur res licitè cum illicitis, sed illicitè tantum. l. si publicanus. §. de rebus. & ibi Barto. de publica. Vide plenius per Sali. in l. iij. C. de nau. fœno. & in l. cotem. §. dominus. de publica. & Barto. In d. l. iij. dixi plenius ubi sup. q. vij.

Gabella fraudata, confiscatur animal, uel currus, cum quo sint merces extractæ, etiam si sint aliena, & sciens fuerit dominus: alias non nisi statutum, uel consuetudo disponat quod etiam aliena animalia, uel currus confiscentur. Bar. & ibi per Ale. & doc in l. cotem. §. dominus. de publican. dixi ubi s̄. q. ix.

Gabellæ fraudator licet perdat salmam mercium ex forma statuti, non tamen perdit animal, uel currum cum quibus fuit facta extractio mercium de territorio. Bald. & Salic. in l. iij. C de nau. fęn. Item econtra. uidelicet.

Gabellæ fraudator licet perdat animal, & currum uirtute statuti, non tamen perdit merces. Bal. & Salic. in d. l. iij.

Gabellę fraudator licet perdat currũ, cũ quo fit fraus, non tamen perdere debet boues, uel asinos ducentes currum. Salic. in d. l. iij. de nau. fęn.

Gabellæ fraudator licet perdat salmã grani, nõ tamẽ perdit saccum, cum quo fuit portatum granum sine solutione gabellæ. Bal. in l. iij. C. de nau. fęnore.

Gabellæ fraudator licet perdat animal, uel nauim, nõ debet perdere pullum, uel scapham. Bald. in d. l. iij. de nau. fęn. dixi ubi s̄. xiij. q.

10 Gabellam dicitur fraudare is, qui transit cum mercibus per uiam non rectam, & inusitatam. l. qui fiscales. & ibi Barto. C. de naucul. lib. xj. l. iij. & ibi Bald. & Salic. C. de nau. fęno. Barto. in l. præsidibus. C. de cur. publico. lib. xij. & Bald. in l. prima. C. de edil. acti. & in l. cũ ante. C. de dona. ante nup. Quod uerum, nisi iusta causa sit: ut quia uia usitata erat inundata, uel guastata, uel a latrunculis occupata: secundum Salic. in d. l. iij. in fine. Item uerum, etiam si repertus in loco suspecto pęniteat, postquam repertus est ab officiali gabellæ: quia non est liber tunc, secundum Flor. in l. arboribus. §. idem tractat de usufruct. & Bal. in l. si fugitiuus. C. de ser. fugi. Io. An. in addi. Specu. de const. §. primo. in addi. uersic. sed incidit. ubi etiam dicit secus esse. si sponte pęniteat nondum inuentus ab officiali, quia forte reuertebatur uersus domum: non si requiescebat cum animalibus in cassina & ibi repertus sit ab officiali: non enim credetur ei ꝙ pœnituerit sine alijs indicijs: ut ibi per Io. An. fin. & dixi plenè ubi s̄ xiiij. q. Item uerum, etiam si extractio nondum sit cõsummata: quia sufficit esse repertum in uia non recta, licet nondum exiuerit de territorio: ut per Bart. in d. l. qui fiscales. & Alberi. de Rosa. in tractatu statu-

torum

torum.ij.parte.iiij. q. quod uerum est, si statutum dicat de extrahente,& sic per uerbum præsentis tẽporis,uel præteriti imperfecti: secus si per uerbum præteriti perfecti extraxerit: quo casu requiritur actus consumatio,secundum Iaco.But.& Bal.in l.si quis non dicam rapere.C.de epis.& cle.& in l.si fugitiuus.C.de seruis fugi.& in d.l. iij. & ibi Salic.de nau.fœno.Bald.& Ang.in d.§. idem tractat. & Bal. Ale.in l.qui Romæ.§.callimachus.de uerbo.oblig. † Et per Fel.in c.significauit.de iudæis.ad fin.& ibi q portans extra territorium aliquas merces prohibitas,& aliquas non prohibitas,perdit solum prohibitas,& non omnes, licet etiam non prohibitas:secus autem si statutum alias esset in contrarium ibi uide per eum.& adde Bald.in l.arboribus.§. Iulianus ff. de usufruc.] Sed contra primum membrum uidetur facere quod dicit Bal. in l. cum ante. C. de dona.ante nup.ubi dicit quod statutum de accedente ad domum alterius armata manu, habet locum in eo,qui accedit totaliter,non in eo,qui est in itinere:sed tunc mitior pena debet imponi,scilicet arbitraria,secundum Bal.in d.l.si quis non dicam. & in d.l.si fugitiuus.scilicet dimidia eius,quæ alias imponeretur pro actu consummato:secundum Bal. sing. in d.l.iij. Sed fuit originale dictum Spec.tit.de consti.§.j.uer.pone ergo statutum.ibi: dic tamen quod pena debet mitigari ut si pœna sit dupli,simplũ amittat:si simpli,tunc medietatem.Et si repertus cũ mercibus prohibitis in uia non recta confiteatur uelle extrahere de territorio,pena committitur, ut supr. Si uero negat,dicens uelle portare ad domum suã, uel ad uicinum,uel ad molendinum,si portet frumẽtum contra deuetum,inspici debet an per illam uiã ultra locum,in quo repertus est,sit domus sua,uel uicini,uel molendinum,ut tunc excusetur, alias non, secundum Ioan.And.in addi.Spec.de const.§.j. uer. sed incidit hæc quæstio.& Salic.in d.l.iiij. licet non alleget Io.And.Conuincitur etiam de fraude,si testes probent quod ille prius dixerit se uelle ire contra deuetum, uel per alias coniecturas ex qualitate personarum,& rerum,& arbitrio iudicis secundum Sali.in d.l.iij.& Floria.in d.§.idem tractat.& Bald. in d.l.si fugitiuus. Item si quis reperitur in loco suspecto,puta in litore cum rebus prohibitis, ut cum frumento,uel grassia:secundum Bald in l.non quia. C quæ res uendi non po.Idem si sit repertus in limine territorij,secundum Floria.ubi supra, & Bald.in d.l.si fugitiuus. reperto uero in uia recta credi debet cum iuramento quod non portet contra deuetum.Baldus in d.l.si quis non dicam.iij. col. per l j. C.de iti.custo.lib.xij.ubi uide Bar.pro cautela. dixi ubi supra.d.xiiij.q.

Gabellarius non tenetur dicere transeunti cum mercibus quod soluat gabellam:sed qui transit debet soluere etiam non interpellatus:quia scire debet se teneri.l.si.§.diui.el.j.& ibi Barto.& doct ff. de publica.Quod uerum,si gabellarius extet,cui fiat assignatio:alias transiens non est in culpa, & non punitur. Ale.con.clxj.ij.parte.

Gabellam non dicitur fraudare,qui repertus in uia nõ est passus se perquiri a gabellario, sed de sola resistentia debet puniri.l.iij.& ibi Bar.C.de cur.publico.li.xij.dixi ubi supra.q.xvij.

Gabellam qui fraudat,potest capi pro represalijs: sed eam soluens capi non posset. Bald. in cap. primo. quæ sint regal.post Odof.in authen.habita.C. ne filius pro patre.& Barth.Cep.in l.eum,qui uectigal. de uerb.sig.

Gabella si non soluit uenditor,nec emptor.& emptor pretium petit,potest exceptione repelli.Bald.& Salic.in l.fin.C.de pericu.& commo.rei uend. contra Bar.in l.bona fides.de actio. emp. dixi plenius ubi supra q.xix.

Gabellæ fraudator si ex forma statuti non debet audiri in causa ciuili,uel criminali, non potest etiam iudex ex officio inquirere pro iniuria ei illata.Bar.in l.non solum.§.quanquam.de iniur.& in l. quæsitũ. de in ius uoc.Bal.in l.prima. C. si a non comp.iudi. & in l.cum mulier. antepen.col.so.mat. dixi ubi s. q.xx.& plenius per Alex.in d.l.quæsitum.& in d.§. quanquam.& in consi.cvij.iiij. parte. & in d.l.cum mulier.& infra Inquisitio.

Gabellam dicitur fraudare forensis intrans ad portam ciuitatis non præsentans merces:quia dicitur facere contra consuetudinem generalem,quæ est,quod ubique soluatur gabella.Bal.in l.leges.la.iij.in fi.C. de legi.ubi dicit uerum, nisi gabella esset noua, & insolita dixi ubi supra.q.xxij.

Gabellæ fraudator potest diffinitiuè condemnari,etiã lite non contestata,ar.l.secundę.secundum Bald.& Barto.& docto.C.ubi quis decurio. & dixi ubi supr. xxij.quæst ubi etiam posui casus, quibus sententia ualet lite non contestata.&].uer. Sententia sine litis contest.uer.unico.

Gabellæ fraudator non audiendus ex forma statuti, intelligitur scilicet tam in foro ciuili, quam ecclesiastico.Bal.in c.j.§.si quis per triginta.in v. colu.si de feu.fue.contro.in usi.feu.

Gabella ne fraudetur potest gabellarius interesse mensurationibus rerum,quæ ueduntur,ut oleum,& frumentum,uinum,& simil.l.si quis.& ibi Bal.C.de uecti.& commis.

30 Gabella uini non dicitur fraudari ex uenditione aceti.do.Simon Sicul.in consi.statuto cauetur quod uendens uinum.per l.si quis uinum.ff.de uino,tri.& oleo legat.

Gabella non dicitur fraudata quando reperitur a gabellario mulus oneratus mercibus sine mulione, uel ductore.l.fin.§.serui.& ibi doct. & Barto. ff. de publica.

Gabella si sit pluries fraudata, non debet nisi semel animal confiscari,cum quo fuit fraus commissa.Barto.in l.Meuius.§.duobus.in fin.de lega.ij. dixi ubi s.q.xxvij.

Gabella dicitur fraudari, si transeuntes per territorium cum mercibus de ea non explorent.Bald.in l. iij.C.de nau.fœno.& supra eo.uersi.iij.& xxj. & dixi.s.q.xxviij.

Gabel-

Gabellarijs debent assignari res, quæ portantur a trãseuntibus, etiam si sint tales, de quibus non soluatur gabella. l. fi. §. diuus quoque. & ibi Barto. ff. de publ. ubi uide de scholare portante libros a gabellis exẽptos. Vide etiam in d. l. fi. §. quoties. ubi contrarium not. Ideo dic secundum Bar. & doc ibi. quod si quis portat ea, de quibus liquet gabellario quod solui non debet gabella, ut quia iam soluit: & tunc nõ debet peti bulleta. d. §. diuus Si uero portet ea, de quibus gabellario non liquet, ut quod quis ducat causa sui usus: & tunc debet peti bulleta. Vnde cum gabellario non constet, eum esse scholarem, debet peti bulleta, alias libri incidunt in commissum dicto. §. quoties. Secus si sit res, ex qua non debet solui gabella ex forma statuti: quia tunc bulleta non est petenda, & res non possunt incidere in commissum dicto. & Bar. & dixi ubi supra quest. xxiij.

Gabella si fraudetur per unum ex socijs portantem rẽ communem, debet res confiscari pro parte socij tantum fraudantis. l. fraudati. §. j. & ibi doc. ff. de publica. ubi per Bar. Idem si sunt res plures separabiles: quia solum res fraudatoris confiscantur, non aliorum sociorum insciorum, secus consciorum l. si publicanus. §. j. & l. cotem. §. dominus. eod. tit. & tenet Ange. de Per. gl. in d. l. fraudati. & dixi ubi sup. q. xxx.

Gabella si sit priuato locata per communitatem, & fraudetur non dicitur fraudata pecunia communis, uel publica. Pe. de Anch. consi. in Christi nomine, eiusque matris. & dixi ubi supra. q. pen.

Gabellæ fraudator denuntiatus a muliere potest conuinci etiam testimonio dictæ mulieris. Sali. consi. in nomine Domini amen: Casus talis ponitur: cauetur in pactis datij uini, &c. & in l. ea quidem. de accus. Sed contrarium consuluit Bal. in consi. in nomine Domini amen: an mulier admittatur ad denuntiandum &c. dixi. s. q. ult.

Gabella non dicitur fraudata, si in bulleta facta per gabellarium de extrahendis certis ballis pãnorum, uel rerum sint descriptæ pauciores ballæ, quam fuerint assignatæ gabellario. Alexand. con. ccxiij. ij. parte.

Gabellam non dicitur fraudasse, qui petijt licentiam a gabellarijs. s. Fraus. uer. xxvj.

40 Gabellam fraudans an sit liberatus, si res, quæ incidit in commissum, perijt. Bal. in l. j alias. ij. C. de uecti. & commis. & s.

Gabellam si fraudet mulio portans merces, suum est periculum. no. ex dictis Barto. secundum Alexand. in l. cotem §. dominus. de publican. & Barto. in l. fi. C. de naui. non excu. lib. xj. Sed quid si mulio non est soluendo. Alc. ubi. s. & ibi Ludo. Pon. in rub. de consue per Inn.

Gabbia ad carcerationem est prohibita supra, uerbo, Carceratio. uer. xxij.

Gallus gallinaceus debet in sui in corio bouis, cum simia, & uipera, ad cruciãdum parricidam in mari, uel in flumine proiectum. Instit. de publi. iud. Item lege Iulia nus. de parricidis.

Gallus uenditus si habet annulũ in corpore an sit emptoris, uel uenditoris talis annulus. j. uer. Venditor animalium. uer. viij.

Gallinæ, & anseres, non ueniunt appellatione animaliũ Gul. de Cu. & Flor. in l. hæc actio. in fi. si quadr. pau. fe. di. & Gul. in l. de quib. ff. de legi. sed appellatione auium sic. l. auibus. de leg. iij.

Gallici quia non sunt in potestate parentum, possunt testari etiam de aduentitijs. Bartol. sing. in cap. primo. §. fi. de duo. fratri. de no. bene. inuest.

Gastaldus dicitur, qui habet curam rerum exteriorum. in Sp. d. his, qui al. n o. in iudi. inter. uer. Gastaldus.

Gaza dicitur uniuersitas bonorum. l. Titia. §. Lucius. & ibi gl. ff. de leg. j.

Gazophylacium dicitur locus, ubi diuitiæ reponuntur. Abb. in ca. j. de proba. post gl ibi. & in c. ij. xc. dist.

† Adde quod gazophylacium est dictio composita ex Persico & Greco nam gaza lingua Persica signat apud nos opes, & φυλάττω. Grecæ custodio: & est locus in quo prætiosior suppellex conseruatur Abb. in c. primo. de prob. Archid. in cap. oblationes. xc. distinc.

Gebellini dicuntur iustè timere intrare in terrã Guelforum, & econtra. gl. in c. statutum. de rescriptis. in vj. Quod est uerum, etiã si sua culpa sit expulsus, secundum Arch. & Ioan. An. ibi. & Phi. de Fran. in c. ex parte de appel. † Adde quod partis gebellinæ, & Guelfæ nulla dicitur esse maiestas: quia talia nomina ab inuidia, ira, & iniustitia est orta & non illustrantur nomine maiestatis. Soc. j. uol. con. xxij. col. ij.

Gebellinus audiri prohibitus per statutum, audiri debet per procuratorem. Bal. in l. seruum. §. publicè. de proc.

Gebellini gesta in officio ualent, licet statutum prohibeat esse in officio, si ultra nõ procedit. Bal. l. si quis decurio. C. de falsis.

Gebellinus factus guelfus gaudet beneficijs guelforum in loco. Bald. in l. lex Viscellia. C. ad leg. Iul. uiscel.

Gebellini dicti sunt qui secuti sunt Federicum Imperatorem, cuius titulus fuit de Gebello: secundum Bar. in trac. de guelfis & geb.

Guelfi dicti sunt, qui secuti sunt ecclesiam, secundum Barto.

Gebellini filius potest esse guelfus, & econtra Bald. in l. filium. C. de suis, & legi. & ibi Alexand. de Im. in apostil.

Gebellini possunt & publica utilitate, non ad commodum priuatum, facere statuta contra gelfos: & ecõtra. Bal. in l. j. C. de monopol.

Gebellini non possunt mutare ea, quæ sunt facta per gelfos expulsos, & econtra. Bal. in l. j. C. quod quisque. iur. & in l. j. in prin. C. de cad. tol.

Gebellinorum & gelforumq; materiam uide per Bar. in tra-

tractatu de gelf.& gebel.& Bald.in l.j.C. ad legem Iul.Vif.& in l.j.quod cuiusque uniuer.no. & Ale.de Imo. in addi. ad Bart. in §. nos.in prooemio Digestorum.

Geminatio actus prohibiti nō dat robur actui auth.si qua mulier.& ibi Bal.ff. ad Velleia.nisi post biennium.d.l.si mulier. & ibi Bal. & in d.aut.si qua.Vnde

✻ Geminatio magnam uim habet uoluntantem enim hominum firmum,constantemque demostrat l.Balista.ff.ad S.C.Treb.l.prima.C.de emend.C. Iustinia.l.prima.C.de plu.petitio.Bar. in l. cum scimus. C.de agricol.& censit.lib.xj.Old.co.ccliij.Paul.Castre.co.cxv.uol.j.Ay.Cra.co.ccj.nu. 42. uol.j.Bal. in c.eam te.col.ij.de rescript.Ae.Ma.Ma.

✻ Geminatio actus suspicionem deceptionis excludit.l.si mulier la.ij.C.ad S.C.Vellei.Aym.Cra. co. ccj.nu.42. uol.ij. Ae.Ma.Ma.

✻ Geminatio uerborū,quæ sui natura boni uiri arbitrium significant liberam uoluntatem indicant , & præseferunt ac præbent Corne. co. cccij.colum.iij. uol.iiij.Ay.Cra.co.ccj.nu.42.uol.ij.Ae.Ma.Ma.

✻ Geminatio donationem, quæ aliàs causa mortis iudicaretur,inter uiuos efficit Corne.co.ccxxiij. col. 3.uol.j.Ay.Cra.co.ccj.nu.42.uol.ij.Ae.Ma.Ma.

✻ Geminatio efficit , ut priuilegium exemptionis a decimis latè pro eo,cui est concessum , interprætetur.Dec.co.cxiij.col.ij.Ay.Cra co.ccj.nu.42.uo ij. Ae.Ma.Ma.

Geminata fideiussio mulieris post biennium excludit exceptionem Velleiani. d. l. si mulier. & ibi Bald. quod est uerum,etiam si non fuit certiorata de beneficio Velleiani:ut ibi per Bald.quod no.ad auth. si qua.

Geminatio actuum ualidat actum priorem inualidum l.talis scriptura.& ibi doc.& Angel.de leg.j.& in l. legata inutiliter.& ibi Bar.e.tit. & Bald. in tractatu † schisma.xix.col. † Et per Fel.in c.quoniam. de off. deleg.& in c.si quando. de rescrip. uersi.geminatio rescripta.& aliquid per Fran.Are. in l. centurio. de uulg.& pupil.in gl.ibi:paganus.]

Geminatio quietationum, uel confessionum de recepto debito præsumitur,ne inducatur obligatio recipientis ad singulum tanquam indebitum. puta si debeo tibi centum,& soluo,tu facis mihi duas quietationes diuersis temporibus, nō possum cōtra te agere ad centum, tanquam indebitæ soluta ex ui unius quietationis superflue , cū præsumatur geminatio, Casus fin.in l.ne casu.C. de discu.libr.x. secundum unam lec.ut tenet Bald.ibi fin.contra gl.ibi.& tenet Bal.in l.fi.C.de eden.& Io.de Im.in l.planè.§.si eadem.de leg.j.& Alex. in l.ueluti. §. hæc uox. ff. de eden ubi ponit quæ instrumenta geminata per iudicem,uel non.& per eum l.Publia.deposi.

✻ Geminata confessio, tamquam per errorem facta, erroris causa probata reuocari potest . & est com. opin.ut affirmat.Dec.in l.prima.iiij.not. C. de error.calu.l.Roma.co.cccxcj.Soc.co.cccxxviij.colu.j. uol.ij.Ay.Crau.co.clj.nu.32.uol.primo. Ae. Mar.

Geminata interlocutoria non potest reuocari.gl. fin. in cle.cum a repulsione.de appel.

Geminata electio ualet.Bald.in tractatu schisma.xix. colum.

Geminata confessio,etiam extraiudicialis, probat cōtra confitentem.l.cum scimus.& ibi Bar.C.de agri. & censi.lib.xj.Pau.de Cast.consi.clxxij.& Alexan. in d.l. Publia . Quod uerum etiam si cuilibet confessioni adsit unus testis tantum, secundum Pau.de Ca.consi.ccc.& non potest reuocari.gl.in c.ex literis.de diuor.Bal.in l.error.de iuris,& facti ignorantia.Alex.in rub.de uerb.oblig.Item excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ:ut supra.Exceptio nō nu.pe.uer.xxviij.& de hoc uide Bar. & doc.in l. triticum.de uerb.obli.& per Alex in rub. de uerb. obli.& in l.capite quinto de adul.ubi etiam per gl. fin.ibi dicit idem in criminali,ut geminata confessio extraiudicialis ualidet confessionem in tortura. † Et in c.olim.de rescrip.& per Fel.in c.de hoc. de simo.in j.col.ibi:tertio limita.]

Geminata fuga de carcere operatur ut fideiussoribus non relaxetur.l.cum lege.ff.ad Syll.

Geminata interlocutoria quid operetur.Bar. & Alex. in l quod iussit.in fin.de re iudi. & in l.cum procu† rator.§.j.de ope.no.nun. † Et per Fel.in c.si cautio de fide inst.]

10 Geminata productio prodest , & nō tollitur prima per secundam.j. Productio.uer.lxj.

Geminatio actus operatur in casu . l. cum maritus.§. si.de pac. dot.

Geminatum pactum de non petendo quid operetur. j.uer.Pactum de non petendo.uer.iij.

Geminata promissio facit constitutum : ut in rub. de const.pecu.& ibi per doct.& Pet.de Sun.uide Alex. in l.iurisgentium.§.sed cum nulla.de pac. & in rub. † de uer,obli.] Alex.in apostil.ad Bal.in l.aduersus. & l.generaliter.ibi:quarto oppo. C. de non nume. pec.& s.uerb.Confessio.

Geminata confessio de dote recepta tollit exceptionem non numeratæ dotis.Ioan.And.in addi.Sp. de do.inter uirum & uxo.in rub.& gl.& doc.in l.in cōtractibus.C.de non num.pec.& j uer. Maritus con† uenitur.uer.xlv. † Et per Fel. in c. si cautio. de fide instr.in ulti.fal.]

Geminatio appellationis non nocet.Inn.in c.dilecto. de appel.Bal.in Mar.uer.Renuntians.uer.xij.& plenius per Bar.& Ale.in l cum procurator.§.j.in fin. de ope.no.nun.

Geminata cōditio adiecta legato, quod quis sibi ascripsit propria manu in testamento alicuius , excusat scribentem a pęna de his,qui sibi ascribunt.l.diuus. §.fi.& ibi Bar.ff.de fals.

Geminatum rescriptum principis tantum ualet, quantum unum cum clausula Proprio motu. Bald in l. † nec damnosa.C.de præci.Impe.offe. † Et per Feli. in loco supra alleg.

Geminata obligatio naturalis parit actionem j.Obli† gatio naturalis.uer.xiiij. † Et per Fel.in c.si cautio. de fide instr.in d.fal.]

Gemi-

Geminatio uerborum enuntiatiuorum facit ea disponere. Ale. in l. ex hac. de donatio.

20 Geminata mora uel interpellatio impedit moram purgari. ȷ. Mora purgatur. uer. xiiij.

Geminatum pactum nudum parit actionem l. j. §. pe. ff. de const. pe. iuncto. §. de constituta. Institu. de act. Bal. & Ang. in l fi. C. ad legem Falc. doc. in cap. per tuas. de arbitr. Anto. de But. in c. cum contingat. de iureiur. Ale. de Imo. in l. iurisgentium. §. sed cú nulla. ff. de pac. † Et per Fel. in loco supra alle. & d. Pe. Philip. Cor. in con. lxviij. incip. ardua. in litera t, in iij. parte.]

Geminatum uerbum relatum ad personam, inducit industriæ personam. Bal. fin. in c. fi. de of. dele. per l. ballista. ff. ad Treb.

Geminatio delicti eiusdem & eodem tempore, facit unum delictum censeri, ut si quis sepius eum eodé uno loco, & die adulteret, uel ludat, uel uestes prohibitas portet. Bald. in l. quicunque. ij. colum. C. de ser. fugi.

Geminatio uerborum, hæres esto, quid importet. in l. liber homo. §. Titius, & ibi Bar. de hæred. inst.

Gemma legata in auro cedit auro, quando est aurú positum causa gemmæ, uel gemma causa auri: non si fiat annulus causa ornandæ uxoris. Bart. in l. cum aurum. §. proueniamus. de auro & argen. leg. qui etiam loquitur de annulo signatorio, in quo dicitur argentum poni causa gemmæ: sed in dubio gemma non cedit auro, secundú Bart. in l. pediculus. §. auro. de auro, & arg. leg. & uide in l. rerum mistura. ff. de usuc. imo aurum cedit gémæ, non econtra. de pe. di. ij. principium. uer. foramina. Car. in cle. j. §. ij. de iureiur.

Gemmæ ueniunt in legato auri. d. l. pediculus. §: auro. & ibi Bar.

Gemma legata ex annulo separata debetur. l. si gemma. eo. tit.

Gemmæ, & alia ornamenta uxoris, soluto matrimonio sunt uiri, & eius fratribus bonorum socijs communicanda. Bald. in l. cum te. C. de donatio. ante nup.

Gemmæ dicuntur bona mobilia, & ideo possunt alienari sine solennitate requisita in rebus immobilibus. Angel. in authen. de nupt. §. & quia parum col. iiij. nec ueniunt appellatione immobilium, ut ibi.

Gemmarum materiam supple infra uerb. Lapides. & uer. Margaritæ. per discursum. & per Plini. de natura histo. ult. lib.

Generatio tertia quæ dicatur. ȷ. uer. Emphytheusi stipulata. uer. liij. quomodo computetur. Ang. in aut. de alie. & emphy.

† Addeq; generatio est mutatio ex nó ente in ens, secundum Aristo. lib. de genera. & corrup. & dicitur Grecæ.

Generationis appellatione continentur fœminæ, & bastardi. glo. in c. statutum, & ibi do. Domi. Gemi. de hæreti. in vj. Alexan. de Imo. in ca. potuit. ix. q. de loca. Item descendentes per lineam masculinam. gloss. in d. cap. statutum. & Bald. in cap. si pater. de testa. in vj. Lau. de Fan. in §. cæterum. x. colum. de legi. agna. suc. Vide omnino supra uer. Descendentes. uersic. fin. quod fœminæ dicuntur de genere patris, per l. primá. de iure immu. & ibi Alexand.

† Et an nepos ex filia dicatur de generatione aui materni: uide do. Pe. Phi. Cor. in consi. lj. incip. uidetur in litera c, & d, & seq. in iij. parte. Et an nati ex fœmina ueniant appellatione generationis, uide per eum consi. cxc. incip. pluries. in litera c, in iij. parte.

† Adde quod ille dicitur esse de genere alicuius qui descendit ab eo per lineam maternam Vide Aret. in c. nouit. col. ij. de iudic. Adde quomodo probetur aliquem esse de tali genere. Aret. consi. xxxvij. co. j. & ij. per totum.

Generatio, & genus, sunt idem Bald. in l. prima. C. de iure emphy. & Alexan in l. prima. §. personis. ff. de iure immu.

† Generatio quid comprehendat, uide do. Pet. Phil. Cor. in consi. ccxxxiij. incip. in hac. in litera d, & in quarta parte.

† Generatio est nomen uerbale, & habet significationem actiuam, & passiuam. d. Pe. Phi. Cor. in d. con. ccxxxiij in litera f.]

† Generatio filiorum an requirat semen mulieris: uide d. Pe. Phi. Cor. in con. cxc. incip. pluries in litera c, in tertia parte.]

† Generatio prima alicuius est filiorum, quia ipsemet non potest dici prima generatio, quia nemo generat se ipsum, ut de se patet. Sed inter generantem & generatum debet esse distinctio: & quid sit & a quo incipiat uide dom. Mari. Socin. in consi. xxv. incip. d. Fran. uer. quare assumo. circa medium in prima parte.]

Gener non potest assignare terminum socero ad dotis solutionem Ioan. And. in c. salubriter. de usuris.

Gener contra socerum non compellitur testificari, nisi in defectum. Abb. in cap. in literis. in fi. de testi.

* Generi, & nurus appellatione, ueniunt, & sponsi. l. in legib. ff. de testib. Ae. Ma. Ma.

Generalis renuntiatio priuilegiorum, uel exceptionum. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ubi per Bar. in repe. & gl. in l. si. ff. si quis i ius uo. non ie. quod non ualet & per Specu. de renun. uersi. pone ergo. & per Alexand. in d. §. quæsitum.

✻ Generalia uerba obscuritatem interdum pariunt. l. in tradendis. ff. commu. præd. l. Prætor edixit. §. quod autem prætor ait. ff. de iniur. l. cum stichus. ff. de sol. l. ita fidei. in prin. ff. de iur. fisc. Aym. Cra. co. lxx. nu. 20. uol. j. Dec. co. cxcj. nu. 5. Ae. Ma. Ma.

✻ Generalia uerba, generaliter non sunt intelligenda, sed restringenda, ne altera pars maneat decepta damnumq; sentiat. l. pe. ff. ad exhib. l. cum aquiliana. ff. de transac. l. tres fratres. ff. de pac. l. obligatione generali ff. de pig. l. si idem cum eodem. ff. de iur. om. iud. l. iij. §. j. ff. de recep. arbit. l. sed si pupillus. §. sed si alius. ff. de inst. Ant. But. co. ix. Calder. co. fin. de don. Pau. Ca. co. ccv. co. cclxxxv. co. cccxvij. uol. j. Ay. Cra. co. lxx. nu. 28. uol. j. Ae. Ma. Ma.

Gene-

Generalia uerba mens, qua contrahentes fuisse uero uidetur simile restringit. Ang.co.cclviij.colu.ij. Paul. Castr.co.cccxxxij.col.j.uol.j.Dec.co.dxxxij. col.ij.Ay.Cra.co.lxx.nu.25.uol.j.Ae.Mar.Ma.

Generalia uerba non extenduntur ad non cogitata, sed ad id tantum, de quo agitur.l.emptor.§.Lucius. & ibi Bar.de pactis.

Generalitas restringitur ad similia expressis. Cardi.in clem.secunda.de procur. & plenius infra Verba.el. j.uer.xiiij.

Generalia uerba generaliter non sunt intelligenda. cum non est par, eademque ratio omnium casuum qui sub uerbis illis generalibus possunt comprehendi.Bar.in l.si pluribus.ff.de leg.ij.Doc.in c.ut circa de elect.in vj.Paul.Cast.co.clxxxvij.uol.ij.Ay.Crane.co.lxx.nu.27.uol.j.Ae.Ma.Ma.

Generalia uerba sufficiunt etiam derogatoria. gloss.& Car.in clemen.prima.de sepul.xiij.no., & in iij.oppo. Item

Generalis reuocatio debet idem operari quo ad omnia, quod specialis quo ad expressa.Cardi.in d.clemen.j.ul.no.

Generalis renuntiatio cum clausula quod habeantur pro expressis, & non ualet. infra Renuntiatio iurium.

Generalis, & incerta obligatio ualet.Abb.fin. in c. ex parte.de censi.uide fin.per Ale.in l.si ita stipulatus. xiij.col.de uer.obl.

Generaliter dici tantum ualet, quantum singula specialiter enumerare.glo.in l.omnes.§. primo. C. de præscrip.trig.ann.

Generalis transactio extenditur ad omnes causas, etiam si de una tantum tractetur no.in l. emptor. §. Lucius.ff.de pactis.& per Barto.omnino in l.aquiliana. de transac. & infra Transactio super quibus. uer.xxxiiij.

20 Generalis uisitator non potest remouere officiales ab officijs.Innoc. in c.dilectus.de rescri.nisi habeat speciale ad hoc mandatum.Host.ibi,& Bal.in Mar. uer.generalis.uer.j.

Generalis possessio iurisdictiōis qualiter acquiratur. Inn.in c.dilectus.de capel.monach.

Generalis clausula sequens refertur ad specificata.l.legatorum.§.fi.& ibi Bar.de leg.ij.uide l.Titia.§.Lucius.el.ij & ibi Bar.de leg.ij.& s.Clausula.el.j.uer. xvj.Bal.in l.pactum.xiiij.q.de colla.

Generalia uerba, quæ sequuntur, secundum ea quæ ante cedunt, restringenda sunt l. non est nouum. l. nam & posteriores.ff.de legibus.l.Hæres meus.§.j. ff.de leg.iij.glo.in l.sciendum.in principio.ff.qu. satisda.cog.in auth.offeratur.C.de lit.contesta. Dec. co.clxxix.col.fin.& co.iij.col.j.Anch. co. ccclxxix. col.j.Corne.ca.cxlij.col.iij.co.clxxvij.col.iij.uo.ij. Ay.Cra.co.lxxxvi.nu.5.uol.j.co.ccxxj. nu.15.uo. ij. Ae.Ma.Ma.

Generalia uerba, quæ in una tantum re locum habere possunt, non autem transferri ad multa, eius expresse mentionem facere uidentur.l. fundus qui locatus.ff.de fund.instruct.Bart.co. cxcvj. Angel. co. cccxxxvi.col.j.Ay.Cra.co.clxij.num.5.uolu.j. Ae. Ma. Ma.

Generalis dispositione inconueniens sequatur, restringenda omnino est glo.in c. literas. de rescript. in clem.Imol.in l.si uero §.de uiro.ff. sol. matrimo. Pau.Castr.co.l. col.ij.uol.ij.Soc.co.lxxxiiij.col.iij. uol.j.Ay.Cra.co.lxx.nu.21.uol.j.& co.lxxxvj. nu. 8.e.uol. Ae.Ma.Ma.

Generalis dispositio ita intelligenda est, ne quæ Antecedunt, corrigere uideatur, Roma.co.cccxcix. col.iij.Alex.co.clxvij.col.v.uol.vij.Aym. Cra.co. lxx.nu.21.uol.j.Ae.Ma.Ma.

Generalia.uerba, ne inæqualitas sequatur, sunt restringenda Fra.Are.co.vj.col.vj.co.cliij. Socin.co. xcviij.col.iij.uol.primo.Ay.Cra.co.lxx.nu.23. uo. j.Ae.Ma.Ma.

Generalia uerba, ne iniquum aliquid sequatur sunt restringenda.Iaso. in l.a diuo Pio.§.in uenditione. col.iij.ff.de re iud.in l.si seruum stichum.§.sequitur ij.no.ff.de uerbo.oblig.Bal.co.ccccxxxiiij.uol.primo.Soc.co.xliiij in extre.uol.j.Ay. Cra.co.lxx. nu. 24.uol.j Ae.Ma.Ma.

Generalis quietatio fratris non extenditur ad rem, quam potest uendicare.Bal.in l.pactum.xij.q.C.de colla.& in l.cum necessitatem.C.de fideicom.l. Aurelius.§.Mæuia.& ibi gl.& Bar.de lib.leg.

Generalis oppositio non iuuatur ex probatione speciali.Bal.in aut.si dicatur in fi.C.de testib.

Generalia uerba restringuntur per specialia, uel speciem oppositam generi uel limitantem genus Bal. in l.fi.in fi.C.de hær.uend.

Generalis renuntiatio restringitur ad contractum, super quo interponitur.l.iubemus. & ibi Bald. C. ad Velleia.

Generalis consensus, uel licētia sufficit, nisi in his, quæ requirunt speciale mandatum.Bal.in l.fi.§.necessitatem ul.col.C.de bo.quæ lib.

Generalis permissio non sufficit, quando indefinita non æquipollet uniuersali.Bal. in d. §. necessitatē. ulti.colum.

Generalis licentia, uel consensus patris, non sufficit ad petendum restitutionem in integrum Bal.in d.§.necessitatem.

20 Generalis dispositio non includit exemptos, uel priuilegiatos gl.in c.j.de cap.mona.in vj.& Pau.de Ca.con.cxxxij.

† Generalis dispositio non comprehendit, ea quæ quis specialiter non concessisset. dom. Pet. Philip. Cor.in consil.lxxxix incip. uiso. in litera o, in iij. parte.]

Generalis remissio habet exceptiones.l.fi.& ibi Bald. C.de bo.quæ lib.

Generalis renuntiatio ponitur per Bal.in l.pactū.xiij. xiiij.xv.& xvj q.C.de colla.

Generalia uerba in renuntiatione operātur.Bald. in l. pactūm.xvj.q.C.de colla.

† Generalis probatio non prodest, quando quælibet species generis non consequitur illum effectum, ad quem proponitur.Abb.in d.c. in præsentia. in iiij. col.

col.de proba.per tex.no.iuncta glo.in c.Pia.de excep.li.vj.in uer.si quis.& per tex.in d. c. in præsentia. Ex quo etiam nota quod probatio generalis nō declaratur secundum materiam subiectam, seu intẽtionẽ articulantis. Idem dicitur. quando genus simpliciter est prolatum, intelligitur a iure in potiori specie.opp.facit.l.j.§.in perpetuum.ff.si ager uecti. uel emphy. peta. & si genus proferatur a testibus, in nullo releuat probantem:sicut si a iure proferetur, uel a iuresperito.pro hoc tex.iuncta glo. in l.j. C.de usu.secundum Abb.ubi supra.

Generalis exceptio, uel reseruatio seruitutis, est inutilis.l.quicquid.& ibi Bar.C.communia prædio.

Generalis ratio iuris communis trahitur etiam ad statuta.Bal.in l.eā,quæ.xj.q. C.de condi.inde.Bart.in q.per Italiam,&c.

† Generalis ratio amplificat dictum.d.Barth. Soc.in l.j.de acqui.pos.nu. 22.

Generalis causa posita in pacto, uel transactione, an extendatur ultra casum, de quo agitur de præsenti. Bald.in l.emptor.§. Lucius.ff.de pac. & in l. prima. C.eod.tit.& in l.si pluribus. de acceptila. & in l. si decreta.de transac.& in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de uerb.obl.

Generalis renuntiatio iuri futuro, etiam ex causa de futuro.an ualeat.per Barto.in l. qui cum tutoribus. in princip.ff.de transact.& d.§.Lucius.cum si supra alleg.

Generalis clausula derogatoria sufficit, quando unum tantum præcedit, ad quod solum, & non aliud, referri potest, quia circa id tantum operatur. Bald.in aut.hoc inter liberos.C. de testa.

Generalis permissio, seu licentia, non includit casus fraudulentos.in l.prima.ij col. C.si quis omi.causa testa.Item illicitam.Barto.in l.si procurator.de condi.indeb.

30 Generalis sermo non comprehendit prohibita. Bal.in l.uoluntas.in fi.C.de fideicom.per ca.j. de c. qui curi.uen.

Generalis immunitas extenditur etiam ad collectas impositas ratione guerræ, uel necessitatis. Flo. in l. si seruitutis.in prin.ff.de ser.urb. præd.

Generalis quietatio restringitur solum ad id, quod est satisfactum.l.si ex maiore.& ibi Bal.C.de exceptioni.uide omnino Bar.in l.Aquiliana.de transactio.ĩ. uerbo quietatio.uer.xxviij.

† Generalis refutatio, uel renuntiatio, an restringatur ad specificata, authen. quod pluries dicatur de dantis bonis.uide d.Pe. Phi. Cor. in consi.vj.incip. in hac.per totum.& in consi.clxviij.incip.uisa.in litera n,& o,in j.parte.]

Generalis sermo non comprehendit personam loquẽtis.l.inquisitio.& ibi Bal.C.de sol.ff.de act.emp.l.si mercedem.§.fi.& ibi Bar.glo.& Bald.in l.prima. ff. de senato.l.qui insulam §.fi.cum glo.ff.loca. nisi in casu.l.Paulus.§.fin.ff.de pig. Adde dictum Bal. in l. cum acutissimi.C.de fideicom.& infra Persona.uer sic.primo.& infra Promittens.uerb.lxij & omnino Alexand.in addi.Barto.in l.Paulus. §. si sciente de pigno.& in addi. Bald.in l.cum acutissimi. prælle. & in d.§.fin. post Barto. & in l. si quis legauerit. de lega. j.

Generalis restringitur ad habilitatem.l. ut gradatim. §.primo.de mune.& hono.glo.Instit.de uerb. obli. §.sed hæc solennia.nisi fauore Reipublicæ:quia tūc comprehendit etiam inhabiles.l.iij.§. utrum. & ibi Ray.& Bar.ad Sillan.

Generalis petitio sufficit ad interrumpendum præscriptionem in omnibus casibus, & delegationibus contra eundem citatum commissis. Casus sing.secundū Bar.in l.fi.ff.de anna excep.

Generalis concessio facta per episcopum alicui sacerdoti de absoluendo pœnitentes, non extenditur ad casus specialiter episcopo reseruatos.cap.ij. de pœ. & re.in vj.

† Adde quod generalis sermo restringitur.glo.& do. Abb.in c.primo.de const.glo.in c.si quis omnem.j. q.vij.gl.in c.nunquam.de cons.dist.v. & gl. in cap. si uero.el.j.de sen.excom.& in c.significasti.el.ij.de homi.gl.& ibi doc.in l.inter omnes. ff. qui sa. cog. gl.in l.sententiam.§.cum aliter .ff.ad legem Aquil. Bar.in l.j.§.nuntiatio.ff.de no.ope. nun. doc. in l.j. ff.sol.mat.Ang. in aut.ut determinatus sit numerus clericorum.in uerbo, semper.gl.in l.prima.C.de sacros.ecc.do.Ant.Ioan.de Imo.& alij, in d.c.j. gl. & ibi Abb.in proemio Gregoriano, in §.sanè, post d. Ant.Faciat quod habetur in c. re uera. de conse. di. ij.& gloss.in c.nemo.de simonia.Ange.post Gul. de Cu.in d.l.inter omnes. Archidia.Do.in c. sacrosancta xxij.di.& in c.frequens de resti.spo.li.vj. glo.in l.prima.C.communia de legat.& ibi dixit Bald.quod quædam sunt uera per generalem enumerationem quæ non sunt uera per enumerationem specierum, per illam glo.quam inducit ad quæstionem: dictat instrumentum quod omnes consiliarij interfuerūt & tamen quidam exempti non interfuerunt, quod saluatur instrumentum tanquam loquens de generibus singulorum non tanquam de singulis generū. Allegat d.l. inter omnes. uide eundem Bald. in l.j. §.huius studij.ff.de iust.& iur.& in c.cum omnes.de consti.& in cap.j.eo.ti.& in l.omnes.C. sine censu uel reliquis.post glo.ibi:& Inno. in c. ex literis. de iure pa.& Bal.in c.primo.de feu. cogni. & Barb.in c.j de const.in xxij.col.

† Adde quod in generali concessione non ueniunt ea, quæ quis in specie uerisimiliter concessurus non esset.tex.in c.fi.de off.uica.li.vj.& in c.in generali. de reg.iu.in eodem lib.facit quod notatur in cap.ex frequentibus.de insti.& pro.d.c. si. uide Ludo.Rono.dcxj.incipien.fundatores ecclesiarū. & no.dcij. incip.De longeua & inueterata.

Generale dictum restringitur per rationem expressã subsequentem uel tacitẽ inhærentẽ. Bal. in l.si quis seruo.C.de furtis.

Generalis inuestitura intelligitur, scilicet de iustẽ possessis.Bald.in l.cum oportet.iij.colu.C. de bo. quæ liber.

Generalis confirmatio statutorum uel priuilegiorum an

an extendatur ad reuocata. Bal. q sic in l. priuilegia C. de sacros. eccle.

40 Generalis confirmatio statutorum, uel priuilegiorum, trahitur ad iniqua. Bal. in l. j. C. de monopol. & in c. j. j. col. per quos fi. inue. & in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. in prin.

Generalis concessio castri an comprehendat merũ imperium ei coherẽs. Bal. in c. j. iiij. co. de cap. qui cur. uen. in usi. feu.

Generalis mentio de aliqua persona non sufficit, quando specifica requiritur. gl. in c. inquisitionis. de hære. in vj. Ale. con. ciij. iiij. parte. & And. Barb. in consi. sequenti scripsit Ecclesiasticus. j. col. & no. in constitutione secundum Io. ibi de elec.

Generalis renuntiatio non ualidatur iuramento. Ioa. An. in c. fi. de commodato. in Nouella. & ibi Abb. & Bal. in c. primo. de controuer. feu. apud pa. termi. gl. in auth. sacramenta. C. si aduer. uendi. & Bal. in l. ij. ix. q. C. de rescin. uen. & no. in l. fi. C. de non num. pe. & per Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis cau. Sed Io. An. tenet contrarium in c. ij. de pac. in vj. no. Bar. in l. si duo. ff. de iureiu & Pet. de Su. in d. l. fi. C. ad Vell. quod imo extenditur ad non cogitata. Et est casus in c. ex rescripto. de iureiur. & tenet do. Prosdoci. cont. in c. si diligenti. de foro. comp. & Bal. in Mar. uer. Mulier. & in l. j. ij. q. C. commodati. ubi dicit quod uinculum iuramenti habet uim casus specialiter expressi, per l. cum pater. §. filijs matrem. de leg. ij. & ideo generalis renuntiatio cum iuramento ualet quando de consensu constat saltem in genere, alias non. Et omnino per Alexand. in l. j. §. si quis ita. de uerb. oblig. & infra uersic. iuramenti effectus. uer. lxxvij. & omnino per Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis cau. Io. de Imo. in d. c. j. & in c. cum contingat. xxxviij. charta quod ualeat. Item adde quod iuramentum non extenditur ad nõ cogitata. c. ueniens. de iureiur. c. ij. de renuntia. Fed. de Sen. in consi. cxciij. alias. ccviij. quæritur an domina Margareta, &c nec ad ignorata, secundũ. Pau. de Cast. consi. lxvij. & consi. cccvj. & con. ccclvij. Imo extenditur, quia ualet transactio super testamento non uiso, si sit iurata, secundum d. Alexand. in consi. xj. in ij. uolu. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. antepe. charta. de uer. obli. Pro quo facit, quia allegationi ignorantiæ potest renuntiari. Bald. in l. qui iure. ff. de testamento mil. & per Ale. in d. §. ubi plenè. & ibi ponit cautelam quod renuntiatio generalis extendatur ad incognita, uidelicet quod sic exprimatur in ea, secundum Angel. ibi. & in d. l. qui iure. & in l. sicut. C. eo. ti. † Et per Are. l. Claudius. de acq. hær. in j. col.]

Generalis liberatio non extenditur ad actionem realem, nisi expressè de ea dicatur. l. & uno. §. primo. ff. de acceptil. Bar. in l. Aurelius. §. Mæuia. de libe. leg. ubi casus. & tenet Bal. in l. cum necessitatem. C. de fideicom. & in l. pactum. xij. q. de collat. & in l. j. C. de fal. cau. adie. le. Inst. de act. §. j. & ibi Ang. de Are. & J. eo. prox. uer.

Hæredum iudicis materiam supple infra Iudex.& uer. Officialis syndicatur.per discursum.

Hæres officialis mortui intra tempus officii an petat salarium totum infra uer.Salarium.uer.lxxvij.

Hæres depositarii si uendat rem depositam tanquam suam quid iuris.in l.prima.§.fi.& l. seq.& ibi doc.& Pau.de Ca.ff.depositi. & supra Depositarius.uer.vij.

Hæres depositarij negligens in exigendo partem suam depositi non potest agere contra hæredem, qui diligens exegit partem suam. l. superuacuum. C. depositi.

Hæres fideiussoris potest defendere reum principalem. Bald.in l.sancimus.in fin.C. de fideiusso.

Hæres fideiussoris de euictione obligati potest euincere emptori ex persona sua, non ex persona fideiussoris:sed tenetur de euictione ex persona fideiussoris.Casus fin.in l.fi.& ibi Bal.de euictio.

Hæres patroni potest præsentare rectorem ecclesiæ, etiam si non sit missus in possesione hæreditatis.Bal.in l.fi.ul.col.C.de edi.di. Adri.tol. per no.per Inn.in c.cum nostris. de præb.

Hæres unicus plurium patronorum habet plures uoces præsentando.glo.in clem.ij.de iure patro.in gl. secus econtra:ut ibi in tex.& glo. & infra Patronatus.uer.cxxj. & seq.

Hæres accusatoris non probantis,si probat,debet habere præmium statuti.Ioa. de Por.in l.si decem cum petiero.ff.de uer.obl.

Hæres accusatoris mortui lite pendente debet habere nouam dilationem a iudice, etiam si defunctus habuit omnes dilationes.gl.& no. Bar.in l.edictum.ff.de iud.

Hæres fratris extraneus non gaudet priuilegio fratris.argum.l.cum patronus.de leg. ij.

Hæres fratris an possit dotare sororem, quæ fratri renuntiauit successionẽ sub conditione si dotaretur Bal.in pen.col.C.de cond.inser.in lec.antiq.

Hæredes fratrum sub conditione ne ultra petat in bonis promittentium sorori certam summam,non tamen dantium, possunt dare, & excludere sororem patris,id est amitam suam.Bald.in l.diem proferre. ff.de arbi. Ioan. de Por. in l.si decem cum petiero. de uerb. obl.

Hæres conductoris non restituens possesionem domino tenetur condictione ex .l. non abre. C. unde ui. si fuit sciens de conductione: secus si ignorans.Bar.ibi in fine.

Hærede conductoris deficiente potest alteri res locari.l.si uno.§.fi.& ibi Bar.ff.loca.item potest expelli propria authoritate locatoris supra Conductor non restituens.uer.clxx.& seq.

Hæres coloni partiarii non tenetur stare contractui societatis. Sed [illegible]

Hæres coloni colentis nummis tenetur stare contractui,Bar.in l.si merces.§.uis maior.in fi. locati.

Hæres extraneus locatoris tenetur stare colono,quando defunctus locauit per se,& filium,& filius repudiauit.Bal.in l.emptorem.in fi.C.locati.& Flo.in l. arbori-

arboribus.§.quicquid.de usufru.aliàs non. l si quis domum.& ibi Ale.post doc.ff.locati.& per Bart.in l.si filio.§.fi.ff.sol.ma.Quod limitatur per Bal. in l. j.in fi.C.de iure fis.lib.x.

† Hæres locatoris potest propter necessitatē suæ habitationis sibi superuenientem de nouo expellere conductorem. Idem in quolibet habente causam a locatore, Ang.in consi.ij.]

Hæres uenditoris potest petere sibi reuendi ex pacto de reuendendo inito cum uenditore,qui noluit reemere.gl.& Bal.in l.ij.C. de pact.inter emp.& uend.]

Hæres executoris testamenti an possit exequi testamentum,ut sic succedat in officio exequendi.Dy.& doc.in l.alimenta de ali.& ciba. lega.& supra Executor.testamenti quis.uer. xxi. & infra uer.Officiū.el.j.uer.v.& in Sp. de instr. edi.§.xiiij.uer.insuper.

Hæres donatoris non potest reuocare id, quod silentio transiuit donator.Raph.Ful.in consil.ccxiij.post medium.ij.col.]

Hæres notarij potest publicare protocolla, & instrumēta patris,si sit notarius.Ang.& Pa. de Cast in l.quædam.§ primo.ff.de eden.quod uerum cum iudicis commissione, non aliter.c.cum P.tabellio.de fide instru.§ ostenso.uer. illud. & Paul. de Castr.in l. si quis ex argentarijs, de edend. & plenius per Alexan. qui idem tenet contra Barto. ibi quem Abb.sequitur.in d.cap. cum P, uide infra Notarius quis.uersi.xxxiij. Idem in legatario protocollorum.ut ibi secundum doc.& Ale.ibi & infra Protocollorum.uer. ij.

Hæres notarij,qui confusè, & defectuosè scripsit protocollum,ut publicari non possit, tenetur ad interesse.Abb.in c.cum P.de fide inst.& Io.An.in Sp.eo.tit.§.ostenso.uer illud.

Hæres socij non succedit in hæreditate. in Sp. de iud.§.ij.uer.circa hoc.

Hæres socij non est socius, sed potest explicare cepta per defunctum l.hęres socij.ff pro socio.Et tenetur de dolo ut ibi in fine.

Hæres non succedit in societatem,etiā si pactum sit in contrarium, nisi in societatem gabellarum si actum est.l.adeo.ff.pro socio.

Hæres emphyteutæ nullo tempore præscribit contra dominum.Bald.in l.neque. C.de usufr.

Hæres emphyteutæ an detrahat melioramenta finita emphyteusi.Bal.Ang.Ioan.de Por. in l. Senatus.§. Marcellus de leg.j.

† Hæres emphyteutæ,qui repellitur ab ecclesia, potest tamen petere melioramenta facta in dicta re. Raph.Cum.con.lvij.per totum.]

Hæres emphyteutæ an teneatur præstare legatum emphyteusis finitæ morte legantis.Bar.in l. quod in rerum.§.j.de le.j.& infra

Hæres emphyteutæ alienans rem emphyteuticā ignoranter inuito domino non cadit a iure suo, nisi per dominum probetur scientia.Bald.in c si uasallus. si de feu.fue.contro.Lanfran.in tract.de arbi.vij.parte.ix.q.iij.colum.

Hæres emphyteutæ legantis emphyteusim finita morte legantis,ad nihil tenetur legatario.Dy. & Barto. in l.quod in rerum.§.j.de lega.j.& Bal.in l. uxor.in princ.C. de lega.

Hæres emphyteutæ non soluens canonem intra biennium cadit,sed restituitur in integrum,ne cum effectu cadat ab emphyteusi.Dyn. in regula, cum quis in ius.in vi.Bart.in l.ij.in fin.C. si aduer. uend. pig. Dy.in l.diem.de uer.oblig.Ang.in auth. de iureiur. a morte. præsti.col.v.& in auth.de alie. & emp.§.si uero quis.co.ix. Quod uerum est, si ignorauerat rē esse emphyteuticam:aliàs non:ut ibi no. & in gl. in l.ij.C.de iure eyphy.uide ibi per Alex.& Bart. in l. cum filius.§.in hac.& ibi per Alex. & doct.de uerb. oblig.in Sp.de loca.§.vj.uer.xix. Lanfran. de arbi. vij.parte.ix.q.Bald.& Petr.de Sun.in l.fi. C. si pen. app.mors interue.Item

Hæres minor emphyteutæ non soluens canonem, licet ipso iure cadat ab emphyteusi, tamen restituitur in integrum propter ignorantiam,quæ in minoribus toleratur.Barto.in d.l.fina.C.si aduer. uen.pigno.Ioan.de Por.in l.cum quidam.de uerbo. obli. & supra.

† Hæredi emphyteutæ an exceptio non soluti canonis opponi possit,uide Rapha.Cu.in consil. cxliij. per totum.]

Hæredum unus non soluens canonem facit omnes priuari emphyteusi supra. Emphyteusis reuertitur.

Hæres feudatarij debet petere inuestituram intra annum.aliàs perdit feudum.ca.j. quæ sit prima causa bene.ami.& j.Inuestitura. & omnino per Ale.con.lxxix.j. parte.

Hæres feudatarij debet iurare fidelitatem intra annū. Bal.in l.pe.in fi.C.ut in pos.leg.& infra.

Hæres uasalli, qui intra biennium non petijt inuestituram feudi ab alio occupati mortuo uasallo,si occupans feudum non iurauit fidelitatem, an hæres sit priuatus eodem.Bald.in l.solennibus.C.de rei uen.

Hæres feudatarij an teneatur præstare nouum iuramentum fidelitatis domino.Bal.in l.j.§.excepto.C. de cad.tol.& supra.

Hæredis appellatione in feudis uenit masculus, non fœmina,nisi actum sit. Bal.in l.fi.C.de suis, & legi.

Hæres an succedat in feudum præscriptum.Bal.in l.liberti.pen.co.C.de ope.lib.

Hæres feudatarii non præstans seruitia domino an sit periurus. Bal.in d.l.liberti.pe.col.quo d non.

Hæres unius uasalli potest seruire per substitutum domino.Bald.& Pet.de Sun.in l.fin.C. si plu. una sen.

Hæres regis,uel comitis domini feudi,non potest agere contra uasallum,qui uiuente domino feudum alienauit,si dominus uiuens non sit con questus.Paul.de Cast.consi.clvi.& consi.seq.& infr. Querela.

Hæredes regis,uel comitis,an quilibet habeat iurisdictionem in subditos.Bar.in l.si uni.de rei iudi,

Hæres git ad debitum purum sub conditione legatum debitori, sed dēt cauere de eo præstando

stando in euentum conditionis. l. pure. in princip. ff. de doli excep. l. omnia. §. primo. & ibi Barto. de lega. ij. & infra.

Hæres accusantis non probantis, si probet, debet habere præmium statuti. Io. de Por. in l. si decem cum petiero. de uer. obl.

Hæres agens ut hæres an debeat in libello exprimere si est hæres ex testamento, uel ab intestato. s. uersic. Agens. in Sp. de ac. uer. item qui se dicit. & ibi Bald. in addi. uer. qui agit.

Hæres appellantis habet ad prosequendum quatuor menses ultra tempus datum appellanti. tex. secundum Barto. in leg. fin. C. si pen. appe. mor. interue. sed appella. intra residuum temporis defuncti. Bal. ibi.

Hæres agens de sepulchro uiolato non dicitur adire. j. Hæres adit.

Hæres filij masculi lucrantis totã hæreditatem ex forma statuti stante femina an agat ad partem hæreditatis non aditam. docto. in l. cum antiquiorib. C. de iure deliberan.

Hæres ex testamento nuncupatiuo petens bonorum possessionem secundũ tabulas, uel hæreditatem ex testamento, debet prius probare per septem testes in testamento scriptos se esse hæredem, & postea debet petere hæreditatem. l. j. in prin. C. de bo. pos. secundum tab. l. ij. quemad. testa. aper. doct. & Petr. de Sun. in aut. si quis. C. de testi. & j. Missio.

Hæres petens bona hæreditaria dicẽdo. ea pertinuisse ad testatorem iure dominij uel quasi, an uideatur agere petitione hæreditatis, uel rei uendicatione. Pau. de Cast. con. vi.

Hæres intrans religionem mendicantium desinit esse hæres, & agere non potest ut hæres, sed postea intrans aliud monasterium, quod possidet bona in cõmuni acquirit illi monasterio. Bal. Ang. Io. de imo. in l. ex facto. §. fi. de uul. & pup.

10 Hæres an possit agere ad supplementum legitimę, ad quod poterat suus author. infra uer. Ius succedendi. uer. ij.

Hæres potest uendicare rem legatam a legatario pendente conditione etiam cum fructibus. l. omnia. §. j. & ibi Bart. de leg. ij. & supra.

Hæres non repetit ab usufructuario feudi. cui cedunt fructus pendentes, expensas agriculturæ factas a testatore, sed factas ab ipso hærede sic. Flor. in l. si pẽdentes. in prin. ff. de usufr.

Hæres ex testamento falso, uel non solenni, uolens stare testamento, sit cautus ut agat contra debitorem hæreditarium legatum Titio, quando ipse debitor conuentus a legatario excipit contra testamentum de falso, uel non solenni: & sic tollitur calumnia talis debitoris opponentis: quia talis exceptio nõ obstat hæredi agenti directis actionibus uolenti obseruare testamentum, licet falsum, uel non solenne. Bal. singu. in l. prima. pen. colum. C. communia de lega. ubi etiam dicit quod hæredi sic agenti non obstat exceptio litis pendentiæ opposita per legatarium.

Hæres non potest in totum obscurare lumen domus usufructuariæ ædificando. l. is, qui binas. de usufr. l. binas. de serui. ur. prædi. & Barth. cep. de seru. urb. col. xxxix.

Hæres potest cogere per officium iudicis nouercam ad indicandum res hæreditarias, quæ ponantur in inuentario. Bald. in l. de his. C. de fur. not. in l. ij. C. quando & quibus quar. pars. de lib. x

Hæres debet appellare intra tempus, quod restat defuncto. Bal. & Pet. de Sun. in l. fin. C. si pen. ap. mors interue.

Hæres potest requirere creditores hæreditarios ad transactionem per ipsum faciendam, ut consentiãt. Bar. in l. controuersia. ad fi. ff. de transactio. per c. fin. de ma. & obed.

Hæres potest accusare de furto facto defuncto. Bar. in l. fi. ff de priua. delic. Bal. contra in l. j. in fi. C. ne ex deli. defunct.

Hæres agens potest probare de damno dato etiam per iuramentum. Bal. in l. ij. ff. de iureiur. & Lud in l. fin. §. fi. in fi. ff. ne quis eum, qui in ius uoc.

20 Hæres pro parte in testamento si successit cohæredi mortuo potest agere tanquam hæres insolidum. Bald. in l. fin. xvij. q. C. de hæredi. instit. Et idem si dixit se hæredem ex testamento. Bald. ibi. in xviij. quæst. Item si repudiauit ex persona sua, & successit cohærede mortuo: quia agere potest, secundum Bal. ibi. xix. q.

Hæres debet prius agere contra emptorem, quam cõtra executorem testamenti, qui uendidit in casu nõ permisso, etiam sine solennitate. Bar. in l. alio. ad fi. de ali. & ci. leg. sed glo. in l. si iij. & iiij. lect. dicit ꝙ imo debet prius agere contra executores. Et quando agit contra emptorem debet ei offerre, & restituere pretium conuersum in suam utilitatem, aliás non recuperat rem. Bal. fin. in d. l. fi. in fi.

Hæres missus in possessionem hæreditatis potest petere confirmari in possessione, si molestetur in ea: nõ aliás. Bal. in l. fi. vi. & vij. q. C. de edi. diui Adr. tol. & infra Missus. uer. xviij. & xx.

Hæres malæ fidei possessoris nonꝰ facit fructus suos et si ipse sit in bona fide. l. ij. C. de fruct. & lit. expen. Bal. in l. ex diuerso. in fi. prin. ff. de rei uend.

Hæres an agat interdicto recuperandæ, uel quorũ bonorum, contra tertium possessorem, stante statuto ꝙ possessio defuncti continuetur in personam hæredis. Cy. in l. lege. C. de cond. ob cau. Pau. de Cast. in l. si sorori. C. de iure delib.

Hæres agere potest contra contractum usurarium, cõtra quem non egit defunctus: secundum Alberic. in cap. ad nostram. de emp. & uen. & Bal. in Marg. uer. Defunctus.

Hæres scriptus lucratur fructus interim, donec præteritus tacet, qui præteritus minor restituitur in integrum ad tales fructus. Bal. in l. certum. x. col. C. unde cognati.

Hæres debet luere pignus legatum a testatore ei, qui pignorauit alteri. l. si tibi homo. in princip. de leg. primo.

Hæres

Hæres scriptus in testaméto post annum statim petit bonorum possessionem secundum tabulas ex quo suus nihil dicit.l.si impubes.ad Carb.

Hæres non potest petere decem, ad quæ tenetur ex forma statuti intrans possessionem alienam, quãdo quis intrauit possessionem rei hæreditariæ ante aditam hæreditatem .inf.uer.Statutum.

Hæres petere potest sibi edi instrumentum testamenti in totum, sed legatarius in particula tantum institutionis,& legati. Ang. in l.iij.§. diem.ff. quemad. te.ape.& s̃.Editio.el.j.uersi.v.

Hæres debet iurare de calumnia, etiam si defunctus uiuens iurauit.gl.in c.ij.de iur.cal.in vj.Bald. & docto.in auth.principales.eo.tit.C.

Hæres post triginta annos potest petere bonorũ possessionem.Bal.in l.licet.iij.q.de iure delib. & in rubri.C.qui admitti.vj.q.& Paul.de Cast.in l. quandiu.C.eo. tit. Quod est uerum si per ignorantiam non adiuit intra dictum tempus: quo casu potest agnoscere post,licet non adire.Bald. in d.l.licet.iij. q & Pau.ibi in fi.& in l.fi.C.unde cog. Item potest petere restitutionem in integrum ex clausula generali.Bar.in l.j.§.si propter.ff. de iti. actuque priua. & gl. in l. si pater.§. per fundum.ff. quemad.serui. ami.& in l.sicut.C.de prescri.trigin.anno.Ludo. in d.l.fi.Ang. & Bal.in rub.C. qui admitti.xv.col. Itẽ potest post adire per unde legitimi.si ante non uenit per unde liberi.Item si ante non adiuit ex testamento,potest post adire ab intestato.Bal. in d.l.licet.& s̃.Filia succedit.uer.xix. † Vide do.Ia.May. in l. si emancipata. de iuris & facti igno. nume 7. & seq.

Hæres habet interdictum quorum legatorum contra legatarios, qui occuparunt propria authoritate legatum, ut restituant hæredi, non obstante exceptione, Frustra petis quod incontinenti restituturus es.l.j.in princip.cum gloss.Bart. & doct.ff. quorum lega.Quod est uerum, secundum glo. & Bart. ibi,quando hæres uult uti Falcidia: aliàs non.tunc enim obstat exceptio.ibidem.

Hæres petens se mitti in possessionem bonorum debet dare libellum,etiam stante statuto quod in hæredem continuetur possessio, & dominium rerum hæreditariarũ.doc.in l.ea lege.C.de condi.ob cau. & j̃.uer.Libellus necessarius.uer.xx.in Sp. de libel. concep.§.x.uer.xxviij.

Hæres,etiam ab intestato, debet petere tenutam bonorum.supra,Hæres ab intestato.uersic. antepenu.

Hæres potest petere sibi retrouendi, licet testator non petierit.Bal.in l.ij.C.de pac.inter emp.& uẽd.

Hæres agens debet diligenter inuestigare de iuribus suis prius,quàm agat:aliàs non excusatur ex ignorantia.Secus in hærede conuento.l.qui in alterius. & ibi Bar ff.de re iur.Et ideo si sit hęres ex testamẽto,succumbit,si agit ut hæres abintestato. Alex.cõ si.cxxj.j.parte.

Hæres an uendicet rem emptam per possessorem ab aliquo falso executore. Bald. in l.j.C. de re.alie. non alie.

40 Hæres non potest agere redhibitoria, cohærede nolente agere,nisi tractetur de quantitate, uel de re indiuisibili Bal.in l.fi.C.de edil.act.

Hæres agens contra debitorem legatum alteri.per testatorem repellitur exceptione.Bal.in l.ex legato. C.de legatis.

Hæres potest agere contra contractum usurarium, cõtra quem defunctus non agit. Albe. in cap. ad nostram.de emp.& uenditio.& Bald.in Margari.uerbo defunctus.

Hæres potest exigere pedagium concessum defuncto. Bal.in l.j.§ exceptio.C.de cadu.tol.

Hæres non declarat,nec interpretatur libellum, positiones,exceptiones,nec confessiones defuncti Bal. in Marg.uer.Confessio uer.xij. sed uoluntatem defuncti sic,nisi agatur de damno tertij. Bartol. in l.si quis a filio.§.j.de leg.j.

Hæres debet probare causam ingratitudinis insertam testamento hodie,licet olim secus,tex. & Ange. in auth.ut cum de app.cogno.§.siue igitur.col.viij.

Hæres an repetat hæreditatem per fideicommissum a filio præterito succedente rupto testamento habente clausulam codicillarem.glo.& doct. in auth. ex causa.C.de libe.præte.& Ange. in auth. ut cum de app.cogno.§.fi.in fi.

Hæres an possit iurare de eo, de quo poterat defunctus. Bal.in c.j.prima col.si inter do.& ualal.de inue.lis ori.in usi.feudorum.

Hæres an agat ad pœnam debitam defuncto. Bar.in l. j.§.hæredes.ff.de priua.delic.

Hæres potest prosequi appellationem defuncti a sententia lata contra defunctum per ipsum antequam esset eius hæres.Bal.in l.si creditoribus.C.de communi seruo manu.

50 Hæres petens missionem in bonis debet iurare de calumnia,si habet aduersarium.Bal.in addi.Spe.de test.uer.an petens.

Hæres semel missus in possessionem, an petat iterum se mitti,si cadat.Bal.ibidem.uer.an semel.

Hæres an habeat beneficium guarentigiæ ex instrumento defuncti:uide in consi.continetur in statuto &c.quod sic.

Hæredi non currit tempus prosequendæ appellationis,nisi a die scientiæ.Bald.in addi.Spe.de app.uer. nota quod hæredi.

Hæres exigens partem suam a depositario, non tenet eam conferre cohæredi.l.fi.& ibi Bal.C depositi.

Hæredes plures debent constituere unum procuratorem, non autem separatim agere.l.si familiæ.ff. familiæ.ercíscundæ.Bald.in l.fin.si plu.una senten. su.condem.

Hæres non potest agere intra tempora deliberandi. in Spe.de actore.§.j.uer.item quod est hæres, nec intra tempus inuentarij.doc.Bar.post glos. in l.fin. C.de fruc.& lit.expen.sed Bartol. contra in l. fi.§. donec.de iure delib.

Hæres ab hæretico institutus non potest agere pro hæreditate.eo.tit.uer.item quod est ab hæretico.

Hæres agens si dicit se hæredem ex testaméto,& pars

ſtato.inf.uer.Interrogationes.

Hæres non ligatur conſtitutionibus epiſcopi, niſi ad piam cauſam.Bald.in l.j.vj.q. in lec.anti.C. de his, quæ pę. no.

Hæres promittens factum ſuum tenetur etiam de facto defuncti.inf.uerb.Promittens.uer.xxxix.

Hæres tenetur dare, ſicut defunctus.uide Alexan.in l.ſicut.§.ſi debitor.poſt Bar.ff.qui mo.pig.ſolu.Adde Bart.in l.ij.§.ſi uoluntate.ſol. mat. & plenius.infra, uer.Onus.uerſi.vj.

20 Hæres inſtitutus poſt mortem uxoris teſtatoris uſufructuariæ conueniri poteſt ad dandum ei uſumfructum,& ea uiuente erit hæres in proprietate tãtum,& non in uſufructu.Bal.& Io.de Im.in l.ſi ſeruus communis.§.ſi.cum l.ſeq.de uulg.& pup.]

Hæres an,& quando teneatur de euictione cohæredi, uel legatarijs.in l.cum pater.§.euictis. de leg.ij. gl. & Bal.in l.ſi familiæ.C.fami.erciſc.Bartol in l.qui Romæ.§.duo fratres.in ſi. de uerb. oblig.& tex. & Barto.in l. ſi a ſubſtituto.§.j. de le.j. quod non pro legato ſpeciei.ſed pro legato generis ſic,nec quando teſtator diuiſit.

Hæres non tenetur ad legata relicta a ſubſtituto.l.quoties.la.ij.& ibi Bald.C. de fideicom.ſed econtra ſic. Bald.ibi.

Hæredes conueniendi ſunt ad debita pro portionibus hæreditarijs, non habito reſpectu ad prælegata.l.j.& ibi Bar.C.ſi cer.pe.& no.in l.pro hæreditarijs. C.de hære.act.l.j.eod.titu.uer.xxxv

Hæres non poteſt conueniri ante aditam hæreditatẽ. l.controuerſia.de tranſact.glo.in l.ſi cum dotem.§. pe.ff.ſolut.mat.& Bal.in l.quemadmodum. de inof ſi.teſta.no.in l.ſi curatoris.C.de iure delib.& in Sp. de actio.ſeu.petitio.§.ij.uerſi. ſed quando. nec agere intra tempora inuentarij.gloſſ.& docto.in l. fin. C.de fruc.& lit.expen.in Specu.de reo.uerſic. item, unus hæres.

† Caute.Inuentarium nedum excuſat hæredem ab obligationibus hæreditarijs, ne teneatur ultra uires hæreditarias ſed etiam excuſat a uexationibus facti.Iſtud eſt ſolenne dictum Bald.in l.ſi.§. & ſi præfatã.in ultimo notabili.C.de iure deli.Et uide cautelam pro hærede,ſi uult habere dilationem aliquã intra quod non poſſit conueniri a creditoribs hæreditarijs, uel legatarijs poſt aditam hæreditatem. per Cepo.cau.ccxxij.incip.inſtitutus hæres. Et adde quod hæres intra tempus trium menſium ad cõficiendum inuentarium non poteſt conueniri a creditoribus, nec a legatarijs. Quod limita, ut per Pau.de Caſt.Alexan.& Iaco.de ſan.Geor. in d.l.ſi-

† na.§.donec. †

Hæres uſufructuarius tenetur ad onera hæreditaria.l. fin.& ibi Bartol.ff.de uſu.lega.facit.l.j.C.de bo.mater.Sed contra tenet Bald.in auth cauſa. quæ. in ſi. C.de epiſcop.& cle.& inf.uer.Vſufructuarius conuenitur.uer.xxj.

Hæredes inſolidum conueniri poſſunt, quando quilibet fuit in mora ſoluendi.l.fideicommiſſa.§.ſi in opere.& ibi Bartol.de lega. iij. & ſupra. Hæres grauatus.uerſicu.xviij.

Hæres tenetur actione ex teſtamento cedere legatario actiones contra debitores hæreditarios.gl. in l. ſi ſeruus.§.qui margaritam.de leg.ij.Io. de Por. in l.ſi pecunia.de legat.j.

Hæres pecuniam legatam tenetur ſoluere,etiam ſi pecuuia non ſit in hæreditate:quia debet uendere res hæreditarias.l.ſi pecunia.de leg.ij.Quod eſt uerum inuentario non confecto: quia aliás poteſt dare rẽ pro pecunia.ſi non reperit emptorem.Bar.ibidem. & infra.eo.uer.cxc.& cxij.

Hæres tenetur ad onus iniunctum legatario.quod caducum remaneat apud hæredem.l.Celſus.aliás, pater meus.de leg.ij.l.j.§.ſecundo.& ibi Bald.C.de cadu.tol.uidelicet cõdictione ex illa lege,uel actione utili ex teſtamento.Bal.ibi.in §.ne autem.

Hæres animo deliberans adire, in foro cõſcientiæ nõ tenetur creditoribus hæreditarijs.Bal.in l. pro hærede.in princ.de acqui.hæredi.& in l. gerit.ij. col. eodem.titul.

30 Hæres quibus caſibus teneatur luere rem alienã legatam.in l.ſi res.& ibi Bart. de leg.j.l.prædia. & ibi doc.& Bart.C.de fideicom.

Hæres conuentus ad legatum condemnatus non poteſt appellare, imo cogitur cauere de eo præſtando.in Spec de appel.§.xj.uer.j.

Hæres conuentus ad legatum an poſſit condemnari ad intereſſe.in Specu.de fruc.& inter.§.vj. uerſicul. quid autem.

† Hæres citatus,contra quem agitatur iudiciũ, ſi colludet,uel non defendat, non præiudicat ſubſtituto. do.Barth.Soci.in conſi.cclj. incip. quoniam in præſenti.uer.confirmatur,nã uidemus.in ij.parte.]

Hæres an cogatur conducere domum pro uxore teſtatoris, alimentaria, quando ipſe habet multas domos hæreditarias, uult ei unam aſſignare potius, quam aliam conducere, & an teneatur præſtare ei alimenta ubicunque uoluerit habitare,quãdo in domo teſtatoris non fuit relicta.Bald.in l. annali bus. C.de lega.quod non tenetur conducere,& debet ei dare alimenta ubi uelit hæres, in loco tamen honeſto conditioni uxoris.& ſup.Habitatio.

Hæredes tenẽtur pro hæreditarijs portionibus actione perſonali,ſed hypothecaria in ſolidum.l.j. & ibi Bar.C.de hæredi.act.& l.ij. eod.titu.ſed reali,quatenus poſſident.dicta.l.ij.& ſup.eo.uerſi.xxiij.Et ſi dicit ſtatutũ ꝙ ꝓximiores ex pte patris habeãt ſtabilia,ſed proximiores ex parte matris habeant mobilia,creditores conueniunt pro rata bonorũ. Gul. de Cu.in l.hinc quæri poteſt.de pecu.& Alex.conſi.xcij.iiij.parte.Quod dixi de hypothecaria, adde pro legato competit pro hæreditarijs portionibus: ut infra eo. uer.cxxj. Item quod dixi de actionibus hæreditarijs,dic uerum,niſi in caſu ſingulari, ſcilicet quando pater promittit dotem pro filia, & eam poſtea inſtituit hæredem cum maſculo fratre: quia frater cohæres non tenetur ei ad dimidiam dotis promiſſiſſe,ſed dos ipſa tota promiſſa confunditur cum parte hæreditatis relicta filiæ credit rici. Caſus eſt ſin.

est fin. & mirabilis in l.j.§.filiam.de codicil. doc.& Alex.in l.post dotem.& ibi Ludo.Pon.solu.mat. & sup.uer.Filia.

Hæres an teneatur legatario de culpa leui,uel leuissima.l.cum res.§.culpa. & ibi doct. de leg.j. & in l.si seruus. §.cum quid.& ibi.Bar.eo.tit.

Hæres tenetur legatario de interitu, & periculo rei post moram.dicta.l.cum res.§.fi.& ibi Barto. de le. j.& l.si seruus.§.si seruus.eod titul.

Hæres cedens actionem legatam legatario contra debitorem,tenetur ad interesse legatario agenti contra debitorem cessum opponentem exceptioné cópensationis ex persona hæredis cedentis. Bart. in l. qui duos.in prin.de leg.ij.

Hæres obscurans domum usuifructui destinatam potest conueniri.l.si is,qui binas de usufru.l.binas.de serui.urban.

Hæres tenetur soluere pretium uenditori re empta p testatorem,& non tradita, & legata alteri per testatorem. Bald in l. cum rem alienam.ij. colum.C. de legatis.

40 Hæres an teneatur filiæ testatoris dotatæ de centum ad alia centum,quando pater legauit filiæ ducenta pro dote, & postea eam maritauit cum centú Bal.in l.filia legatorum.in princi.C.de lega.& sup uerbo,Filia nupta.uer. x.

Hæres cogitur uendere,& soluere creditoribus, si sibi nihil potest nocere:alias secus,ut quando ipse tenetur de euictione promissa,si sit cautus,ut consentiat creditoribus quod uendant, & protestetur q̄ non uult teneri de euictione.Bal.in l.fi.§.& præfatam.j. q.C.de iure delibe.

† Cautelam pro emente ab hærede res hæreditarias uide s̄.in uerbo Emptor hæreditarius. †

Hæres percipiens fructus ex legato post aditam hæreditatem.tenetur eos restituere legatario, etiam qui fuit in mora recipiendi legatum sibi oblatum per hæredem.Bald.in l.j.ij.col.C.de usu.& fru.leg. per l.si mora.solu.matr.nisi ignorauerit probabiliter legatum quia tunc seminatos a se, uel alio post mortem testatoris,consumptos ante litis contestationé lucratur,non autem consumptos post litem contestatam,uel pendentes.Bal.ibidem.& s̄.uerbo Fructus legatorum.uer.x.

Hæres patris tenetur dotare filiam, sicut pater. Bart. in l.si marito.§.si uoluntate.sol.mat.

Hæres non est citandus in electionem pauperum facié da per executores,uel arbitros.Bald.in l.ij.§.j.in utraq; lec.C.communia de lega. & in l.captatorias. de testam.mili.

Hæres tenetur soluere gabellam de legato repudiato remanente apud ipsum.Bal.in l.pen.vij. col. in lec. anti. C.de condi.inser.

Hæres dissipator bonorum grauatus fideicómisso an teneatur cauere fideicommissario,si testator ei remisit cautionem.Bal.in l.iubemus.ij.col.uers extra quæro.C.ad Trebel.glo.in l.scire.C.ut in pos.leg. & inf.eo.uersi.

Hæres tenetur de facto de contractu. uel quasi. & de delicto defuncti.Bal.in l.iubemus.§.sané. in fin.C. de sacros.eccl.

Hæres dilapidans,cui testator cautionem remisit, de qua dilapidatione uerisimiliter cogitare potuit,nó tenetur cauere: aliàs sic. Sed omni casu potest sibi administratio interdici, uel fieri sequestrum bonorum. Bald.in leg. iubemus.C.ad Trebellian.uersiculo . xlvij.

Hæres tenetur ad pœnam, quam testator promisit,si non daret,si testator non dedit nec debet hæres aditam pœnam interpellari.glo.in l.fideiussor obligari.§.fi.de fideius.Sed uide Io.de Pra.in l. testamé to.de condi.& demon.

50 Hæres habens matrem prægnantem non potest có ueniri nisi pro quarta parte. cum in uentre matris præsumantur esse tres alij filij.l. sed & si restituantur.§ fina.& ibi Bartol.ff. de iudi. & nota. in l.j.§. interdum.& ibi Barto.ff.de peti.hæred. quod propter numerum nascendorum admittitur petitio hæreditatis incerta.

Hæres conueniri nó potest intra nouem dies funeris, auth.sed nec ante nouem.C.de sepul.uiol.& in Sp. de reo.§.j.

Hæres sortitur forum,& conueniri potest in loco defuncti uel eius foro.l.hæres absens.in princip.& ibi docto.ff.de iudi.Quod uerum est, siue ibi reperiatur,siue non:ut ibi. & l. si is, quæ Romæ. & ibi docto.eodem.titul.Item uerum,etiam si habet priuilegium aliud, quám de iure communi. Bartolus. ibi dum loquitur de clerico, qui non potest conueniri in foro laici. Item secus in fideicommissario uniuersali.Bart.in d.l.sed.& restituatur. in princip. de iudic.

Hæres mercatoris potest conueniri in curia mercatorum.per.l.hæres absens.& ibi doc. de iud. secundú Fr.de Alber.ibi in lec.Quod est uerum,etiam si est in statuto dictio taxatiua:ut est Florentiæ: quia talis dictio nunquam excludit personam hæredis: ut s̄.uer. Dictio.uersi. xv. & pe.Sed hoc intellige sané quádo aliqua qualitas non est in p̄sona patris requisita per statutum,ut matricula: quia filius ex matricula patris non obligatur ad professionem in illa mercatura.uel societate.Bal.fin.i l.j.C.de patri.qui fil.di.& infra.uer.Matricula.uersi.xiiij. Et aduerte quod primum dictum non decidit ibi do. Fran. sed remittit se ad not.per ipsum.in l.quędam.§.is autē. de eden.& ibi nihil dicit in lec. quam uidi Florentię.Sed hoc tenet Lud.Pon.in consi. Omnipotentis Dei postulato suffragio, prima fronte dicendú uidetur.Bald.nota.singu.in l. nemo.ff.pro socio.dicit quod si quis de collegio decedit,eius hæres non intelligitur esse de Collegio patris,cuius ius nó trásmittitur ad hæredem.

Hæres pro contractibus defuncti conuenitur in foro defuncti.l.hæres absens. de iudi.& s̄.eo.uersi.xxv.

Hæres pro legato uel fideicómisso conuenitur ubi habet maiorem partem bonorum.leg.si fideicommissum.in princ.& ibi Bartol.ff. de iudi. Item ubi per testatoré est destinata solutio.ut ibi.ij.resp. ubi ét

tenet

tenet Bar.& doc.Item ubi habet domicilium. Bart. ibi.& est tex.ead.l.sed & rescriptum. sed pro alimētis debet soluere hæres legatum in loco, ubi est alimentādus, ut in studio.si est scholaris.l. sed & si susceperit.§.si liberis & ibi Bar.eod.tit. Item in loco, ubi est usitata mensura, secundum quam testator iussit aliquid præstari.d.§.si libertis. & ibi Bart.& ī.uer. Alimenta. uer. liij. Item si testator uelit hæredem ubique posse conueniri, intelligitur scilicet dū modo non conueniatur ut aduena. Bal.in l.ij.§. sed & si quis.pe.col.C. cōmunia de lega. Et subdit ibi Bal.quod si hæres in uno loco respondeat, non potest hæres uariare circa optionem loci. Item si clericus non potest conueniri in foro seculari, etiam si testator, iusserit. Baldus. in l. secunda.C. ut in pos.lega.

Hæres potest ubique conueniri, ut satisdet nomine legatorum.doc.& Pe.de Sun.in l.sed & si susceperit. §.si hæres.ff.de iud.uel ut soluat speciem legatam, quia potest conueniri ubi est spes, non obstante q alibi sit maior pars hæreditatis:ut ibi etiam per Bartol. Sed quid si testator remittat. infra. Testator. uersicu.xx.

Hæres transigens cum uxore defuncti dicente sibi esse factum legatum a marito, cum non sit, tenetur seruare transactionem, si non uiderat testamentum argu.gloss.in l.de his, secundum Paul.de Cast.ff. de transactio.

Hæres absolutus per sentētiam a legato, an teneatur, si postea appareat testamentum continens legatū. Gul.& Pau.de Castr. quàm non, in l. de his.ff. de transactio.

Hæres an teneatur de dolo testatoris commisso circa rem alienam,& an de dolo proprio. in l. si in rē. la.j.& la.ij.de rei uendi.

60 Hæres tenetur ad interesse propter moram, quod alio modo probandum est, quàm per iuramentum in litem. Bart.in l.qui concubinam.§.fin.de leg.iij. post gl.ibi & l.qui fideicommissum.& l. patronatus in prin.e ti. † Vide do.Barth.Soci.in consi. cxlvij. incip.circa primum.uer.circa tertium dubium.cum uer seq.in ij.parte.]

† Hæredis mora non debet esse sibi in lucro, & nociua legatario, nec hæres ex sua mora cum aliena iactura lucrari debet.do.Barth.Soci.in d.cons. cclvij. uer.primo quia mora.in d.ij.parte.]

Hæres etiam in gradu remotissimo tenetur de euictione.l.cum successores.& ibi Bal.C.de euictiōn.

Hæres non tenetur ex eo quòd testator alienauit in fraudem creditorum.Barto. in l.j.in fin.C. de iure. fis.lib.x.

Hæres non tenetur ultra uires hæreditatis ad legatum alimentorum, uel pro dote.uel arbitrarium, etiam inuentario non confecto sicut, nec quando testator iussit præstari legatum secundum uires patrimonij. Bal.in l.uoluntatis iij.col.C.de fideicomm.

Hæres non cogitur pendente conditione ad soluendū legata conditionalia.l.quidam testamento.§.si scriptus.& ibi doc.de leg. j.

Hæres non possidens, lite contestata cum defuncto ab soluitur.l.in rem.& ibi Bar.ff.de rei uen.

Hæres, in quem transfertur iudicium uniuersale, post litis cōtestationē tenē de dolo,& culpa defuncti, nō ante litis cōtestationē.nisi quatenus sit factus locupletior.l.si in rem.& ibi Bar.ff.de rei uend.

Hæredes possessores ante litem contestatam conueniuntur rei uendicatione secundum quòd possident, non pro partibus hæreditarijs.l.si possessor.& ibi Bar.ff.de rei uend.

Hæres tradens solam possessionem, quam habebat testator legans, an liberetur. Bal.in l.cum alienam.C. de legatis.

70 Hæres non confecto inuentario quomodo tenetur.inf.uer.Hæres inuentarium. per totum. & uer. Hæres deliberat.uer.fi.

Hæres tenetur emere a uicinis rem legatam, quæ nō sit in bonis testatoris. gloss. singular.in le. legato. de lega.j.

Hæres tenetur uni ad rem.alteri ad estimationem, qn̄ eadem res est legata duobus in solidum.l.qui duos §.fi.& ibi Bar.de leg.ij.

Hæres tenetur ad legatum alternatiuum factum duobus semel tantum, quia soluens illud uni, liberatur ab altero:sed si non solueret alicui, tenetur utriq;. l.si Titio, aut Seio.& ibi Bar.de leg.ij.

Hæres an possit soluere legatario aliud pro alio, est in arbitrio iudicis.no.in l.si domus.l.qui confitetur.& §.seq.de leg.j.

Hæres potest iurare se nescire. quando agitur de facto defuncti.capit.j.§.domino. & ibi Baldus. de natu.feud.

Hæres potest condemnari in expensis, quando defunctus non habens iustam causam litigandi, erat condemnatus.Bald.in l.si pater.C. si pendente. appel. mors interue.

Hæres promittens testatori per stipulationem soluere integrum legatum, tenetur, non autem si per pactum.Bald.in l.ij.C. ad legem Falcid. quod uerum est de iure ciuili:secus de iure canonico.c.quamuis. de pac.in vj.

Hæres promittens soluere legata, non intelligitur promittere uelle soluere integra. sed cum beneficio Falcidiæ.l. fina. & ibi Bald. C. ad legem Falcid.

Hæres an debeat soluere gabellam pro alimentis legatis alicui uigore statuti.ī.uer.Gabella per quos soluatur.uersi.xxvij.& uerbo Gabella ultimarum uoluntatum.uer.pen.

Hæres soluens legata sine executore an liberetur. in Spe.de instru.edi.§.xiiij.uer.x.

Hæres tenetur satisdare de iudicio sisti mortuo eo, qui erat sistendus, quia fideiussor eius morte fuit liberatus.l.si decesserit. & ibi Bald. & Alexander. qui satis.cogan.

Hæres primi testamenti continentis exhæredationē filij.præteriti in primo testamento, non conuenitur ad legata. Bald.in authen.ex causa.v.q.C.de libe.præte.

Hæres tenetur de euictione pro re uendita per execu-

emptorem. Bar. ibi. ī. eo. uerſi. xxvij.

110 Hæres poſt moram tenetur ad fructus, non præſtita cautione per uſufructuariũ. Bal. in l. ij. in fi. principij. C. communia de legatis.

Hæres an teneatur relaxare feudum fratribus eccleſię propter uſumfructum. eius relictum ad cultum capellæ ſitæ in eccleſia ipſorum. Pau. de Ca. cõſ. ccxlj.

Hæres conuentus poteſt dare in ſolidum creditoribus etiam inuitis, quibus pecunia deberetur, quãdo pecunia non eſt in hæreditate: aliàs ſecus: nec cogitur uendere bona, & ſoluere pecuniam, ſi confecit inuẽtarium. Ang. in l. j. §. hæc ſtipulatio. xj col. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falcid.

Hæres obligatus propter hæreditatem poteſt eam dimittere creditoribus, ſicut dominus noxaliter pro ſeruo obligatus. Angel. in di. §. hæc ſtipulatio. xj. col. ſi cui plus, quàm per leg. Fal.

Hæres non tenetur ad fructus pro tpe iacentis hæreditatis, & ſic ante aditam Bal. & Pe. de Sun. in l. litigator. C. de fruc. & li. expe. per no. in l. j. § Sceuola. ff. ſi quis teſt. lib.

Hæres an teneatur emere aditum fundo legato nõ habenti aditum. Ang. in l. ſi ſeruum filij. §. duos. de leg. j. & no. in l. j. de ſerui. lega. & in l. teſtatrix. ff. quemad. ſerui. amit.

Hæres tenetur ratificare uenditionem factã per defuncti executores. Bal. in auth. ſi captiui. ultim. colum. de epiſc. & clerici.

Hæres poteſt per iuramentum probare per teſtamentum nõ eſſe apud ipſum, licet præſumptio ſit in contrarium. Pau. de Caſt. in l. publicati. in fin. C. de teſt.

Hæres debet iurare de calumnia, etiam ſi defunctus iurauit. gl. in c. ij. de iur. calum. in vj. Bal. & doc. in aut. principales. C. eo. titu.

Hæres non tenetur ad legatum ſolutum legatario per teſtatorem uiuum. l. Lucius. & ibi gloſ. & Bartol. de lega. ſecund.

120 Hæres tenetur ad legatum, niſi doceat teſtatorẽ mutaſſe uoluntatem. d. l. Lucius. in fi. de leg. ij.

Hæredes tenentur ad legata pro hæreditarijs portionibus. l. legatorum. in prin. de le. ij. l. ſi a pluribus. & ibi Barto. de lega. j. Quod uerum tam actione perſonali, ut ibi, quàm hypothecaria. doc. & Bart. ibi text. in l. j. in fin. Cod. communia de lega. Adde le. j. & ibi Bar. & doct. C. de hære. act quòd hypotheca datur in ſolidum creditori hæreditario, & ī. eo. uerſi. xxviij. Nec unus tenetur pro altero cohærede. d. l. legatorum. ij. reſponſo. Item uerum, niſi nominatim ſint grauati aliqui, non omnes, licet in codicillis etiam grauati ſint. d. l. legatorum. §. fi. & ibi Bar. facit. l. Titia. §. Lucius. el. ij. & ibi Bar. e. tit. Item niſi in caſu. l. fideicommiſſa. §. pe. de leg. iij. & infra. Legatum in dotis. uerſi. xlj.

Hæres poteſt opponere exceptionem declinatoriam contra legatarios, & creditores hæreditatis ẽt ſi hr̃ditas ſit lucroſa, & locuples, & dicere ꝙ uult cõficere inuẽtariũ, ut ſic differat ſoluere intra tẽpora inuẽtarij. Bald. in leg. fina. §. cum igitur. Cod. de iure delib. Unde

Hæres non poteſt conueniri intra tempora inuẽtarij, etiam ſi hæreditas eſt lucroſa: ut ibi. & §. donec. & ibi doc. & Bal. ea. l. quod uerum actione perſonali: ſed reali ſic Bal. in d. §. donec. & per Spec. de actio. ſeu. peti. §. ij. uer. ſed pone. Vide omnino. ĩ. Hæres deliberat. uer. fin.

Hæres tenetur colere fundum, in quo eſt legatus uſuſfructus alteri, non tamen tenetur de caſu fortuito. l. fundi Trebatiani. ff. de uſuf. leg. ſecundum Bal. in l. j. §. excepto. de cad. tol. Poteſt tamen legatarius, ſi uult, colere, ſi ante proteſtetur quòd cauſa iuris utendi facit, non cauſa acquirendæ poſſeſſionis. Bald. ibi.

Hæres, cuius eſt res legata, habens cohæredem, tenẽ pro parte tantum ad rem legatario: quia ad aliam partem tenetur cohæres. l. ſi tibi homo. §. ſi fundus. de lega. j.

Hæres non poteſt retinere uſumfructum, uel partem rei legatæ, ſed alias ſeruitutes ſic. l. cum filius. §. dominus. & ibi Bart. de leg. ij.

Hæres an teneatur ad expenſas refectionis. ī. uer. Expenſæ in rem. uerſi. lxiij.

Hæres non tenetur ſoluere officiali executionis mercedem pro exactione pœnæ, quam ſtatutum dat ei pro exactione condemnatorum. Bal. in l. j. C. de execu. rei iudi.

Hæres emptoris obligati non exercere artem aliquã in domo empta, obligatur ex pacto emptoris. Bart. & Flor. nota. in l. uenditor. in princip. ff. communia prædiorum.

130 Hæres tenetur etiam ad ſumptus factos pro recuperãda re legata, abſente, uel fugitiua. l. cum ſeruus. & ibi Bar. de leg. j. Vide omnino. in l. ſi ſeruus legatus. in prin. eo. tit. & ĩ. eo. uer. clv

Hæres pro euictione tenetur legatario pro legato generis, non ſpeciei. l. ſi ſubſtitutio. §. j. & ibi Bar. ff. de lega. j. & l. ſi domus. § de euictione. eo. tit. Et intelligitur quòd ſemel tantum tenetur, non bis, ſi bis euincatur. l ſecundum doc & Ioan. de Por. in d. §. de euictione. & Cy. in l. cum alienam. C. de lega.

Hæres eligere debet locum, per quem legatario detur uia legata, dummodo fiat electio ſine captione legatario. leg. ſi uia. & ibi Bartol. ff. de ſeruit. ruſticorum. prædio.

Hæres tradens legatario rem uitioſam generaliter legatam, tenetur de dolo. leg. ſi hæres. & ibi Bartol. de lega. j.

Hæres tenetur cedere legatario actionem contra debitorem, cuius nomen eſt legatum. gloſſ. in l. ſi ſeruus. §. qui margaritas. de legat. j. nota. in l. ſi pecunia. eod. titu.

Hæres non tenetur ultra uires. quando teſtator ceſsit, etiam ſi non fecit inuentarium. Bald. in l. fin. C. qui bo. ce. poſ.

† Cautela ualde not. ad excuſationem hæredis nõ cõficientis, uel minus iuridicè inuentarium conficientis, uide in uer. Inuentarium. †

Hæres conuentus excipit de ceſsione bonis facta per defunctum. Bald. in d. l. fi.

† Hæres conuentus actione litem contestandi, an habeatur pro hærede: uide do. Pet. Phi. Cor. in consil. cxlv. incip. ad euidentiam. in litera c, & d, & sequ. in prima parte.]

Hæres ex testamento non solenni non potest pro peccato coram episcopo conueniri. Bal. in l. cum quis. v. col. C. de iur. & fact. igno.

Hæres exigens nomen debitoris alteri legatum, tenetur restituere legatario id quod exegit. Bal. in l. j. ij. col. C. de usufr.

Hæres ad sumptus funeris cogitur, etiam per episcopum. Bartolus. in leg. non oportet. C. de his, qui. ut indig.

140 Hæres promittens testatori aliquid dare, uel facere obligatur ex ui contractus, licet non accesserit solennitas testamenti. Bar. in l. nemo potest j. colum. de legat. j.

Hæres emptoris obligati reuendere tenetur reuendere. l. ij. cum glo. C. de pac. inter emp. & uendi. facit. l. si pactum. ff. de probatio.

Hæres an ligetur iuramento defuncti præstito per se, & suos hæredes. Bal. in l. ij. iij. co. C. de fruc. & lit. expen. & s. uer. 100. & seq.

Hæres non tenetur de fructibus depredatis. l. litigator C. de fruc. & lit. expen.

Hæres tenetur alere filiam testatoris ante tempus nubilis ætatis, licet ei dotem a patre legatam dare nõ teneatur. Bal. in l. j. § ius naturale. ff. de iusti. & iur. Ioan. de Imo. in l. Titio centum §. Titio genero. de condi. & demon. Item nec alimenta illi præstita imputat dotis legato. Bar. in l. qui filium. ff. ubi pu. edu. deb. Cy. & Ia. de Are. l. alimenta. C. de neg. gest. Ange. Are Insti. de act. §. fuerat. not. in l. si quis a liberis. §. rescriptum. de lib. agnosc.

Hæres patris tenetur remittere filiæ dotatę stipulationem dotis, quam pater sibi fecit, & hæredibus, si uolunt uti beneficio statuti quòd filia dotata non succedat. Bal. in l. fi. C. de dot. promis.

Hæres cogitur ad petitione cuiuscunque de populo ad soluendum legata pia. Ang. in auth. de ecclesia. ti. §. sinautem sanctis. col. ix.

Hæres non tenet ex cõtractibus defuncti, qui non trãseunt ad hæredes. l. quæsitum. §. fi. ff. de præcar. secũdum Bal. in c. j. ult. col. qui suc. di.

Hæres filij an teneatur alere patrem filij. l. si quis a liberis. §. item rescriptum. ff. de lib. agno.

Hæres non tenetur dare legatario fundi instrumentũ fundi, sicut nec uenditor emptori: sed debet cauere de præstando illud, quando opus fuerit. doc. & Bar. in l. quæsitum. §. Papinianus. ff. de fun. instru. per l. Ticius. de act. emp. contra Specu. de instru. edi. §. nec uero. uersic. sed quæritur. & per Bald in l. si prædiorum. Cod. ad legem Falcid. quòd sic, si tota res est legata.

150 Hæres, a quo est legatum uinum alicui, debet dare id, quòd est in patrimonio: aliàs emas, & det legatario. l. si cui. in princip. & ibi Bar. ff. de ui. tri. & oleo. lega.

Hæres non tenetur portare uinum, uel rem legatam, ad domum legatarij. si damnatus. & ibi Bar. de ui. tri. & oleo. lega.

Hæres promittens soluere omnia legata, intelligitur scilicet retenta Falcidia. Cy. & Bald. in l. fi. C. ad legem Falcid.

Hæres tenetur portare usumfructum relictum alicui exbannito post legatum ei factum ad confines loci, de quo est bannitus. Ang. not. in auth. de incest. nup. in prin. Caue, quia hoc non dicit, sed ecclesia. ut dixi. infra. in uerbo Vsusfructus legatur uersificu. v. & uide in uerbo Vsusfructus finitur. uersicu. xxiij.

Hæredes diuersi fori, quia unus fit clericus, alter laicus, conueniri debent coram episcopo pro relictis pijs: aliàs cognoscant simul episcopus, & iudex laicus: uel cogat laicus laicum ire coram episcopo. Barto. in l. solent. de ali. lega.

Hæres conueniri potest ad præstandum legatum in loco conditi testamenti. l. si seruus. in prin. & ibi Bar. de leg. ij. Et si res legata sit alibi, forte in fuga, debet hæres ire ad eam reducendam sumptibus legatarij. si ante mortem, & post testamentum conditum aufugit res legata. ibidem. & debet habere equum a legatario, si deceat cõditioni hæredis ire equester, aliàs non, Bar. ibi. per gl. in l. idem. §. Labeo. ff. mandati. & s. eo. uer. cxxx.

Hæres, apud quem remanet legatum inualidum factũ coram duobus testibus tenetur ad onus iniunctum legato pium: quia debet illud restituere ecclesiæ, sicut legatarius fuit grauatus. Bar. in l. fi. ff. de his, quę non proscri. ha.

Hæres negans legatum conuenitur ad duplum. glo. & Ange. auth. de trien. & semis. §. studium.

Hæres conueniri potest pro legatis pijs, etiam coram iudice sæculari. Ang. in auth. de eccles. tit. §. si quis edificium. colla. ix.

Hæres nolens inuestire uasallum propter iustam causam, an teneatur ad interesse. Bal. in ca. j. quid iur. si ali. de feu. fue. inue.

160 Hæres an teneatur ad aliquid, si testator non tractauit in filium illum, quem pro filio acceptauit. Bartol. & docto. in leg. quidam cum filium. de uerborum. obligatio.

Hæres tenetur ad onera iniuncta uiuo testatori, non ad iniuncta mortuo. Bar. in l. Lucius. §. idem respondit. ff. ad munici.

Hæres tenetur, etiam si contra ipsum sit iuratum ex dolo defuncti. leg. licet. & ibi Baldus. C. de in litem iurando.

Hæres negans legatum non potest postea confiteri, & se tueri ex non solenni testamento. l. fi. & ibi Bar. C. de fideicommis.

Hæres tenetur ad legatum non solenne, quando testator confidit de fide hæredis. Bar. in dicta. l. fi. ij. col. C. de fideicom.

Hæres obligati ad homagium pro certa re, tenetur ad illud solus is, ad quem reus peruenit, non cohæres. Fl. in l. si pendentes. §. si qd cloacarij. de usufr. & Spec. de feu. §. quoniam. uer. nono quæritur.

Hæres

Hæres confessus tenetur soluere legatum intra decem dies. l. si domus. §. in pecunia. & ibi Bar. post gloss. de leg. j.

Hæres cogitur cedere, liberatur: sed non tenetur agere, quando cedere est in solutione. in Spe. de instru. §. nunc uero aliqua. uer. sed an executor uel etiã & ibi Bal. in addi. uer. quo iure.

Hæres tenetur cedere legatario actionem contra debitorem, cuius nomen est legatum. in l. si seruus. §. qui margaritas. de lega. j. no. in l. si pecunia. eo. tit.

Hæres quibus casibus teneatur edere testamentum legatario. s. Editio a quo. uer ix.

170 Hæredes debitoris ad factum tenetur I solidum ad patiendum, sed ad pœnam pro rata tantum. Alex. post glo. in l. in executione. in prin. de uerb. obli. gatio.

Hæres ex testamento an cogaur respondere in iudicio, si uelit uti scriptura testamenti, ut institutione an ut fideicommisso. Bal. in addi. Spe. de instru. edi. uer. ante litis contestationem.

Hæres an possit conueniri per literas impetratas contra defunctum. in Spec. de iudi. dele. §. vj. uer. quid si impetraui de rescripti. præsen. §. vij. uersic. item quod is.

Hæredes compromittentium, uel arbitrorum, an ligentur compromisso. in Spec. de arbi. §. j. uer. item morte. & uer. quod si actum. & supra Hæres iudicis uersi. iij.

